qr ꝓm doctores cõmuniter in illo triduo fuit rapt⁹ vsq̃ ad celum tertium (⁊ nõ mãducauit neq̃ bibit) Ly. lustentatus illa visione sicut et moyses. xl. dieb⁹ in mõte synai (Erat aũt q̃dã discipulus Damasci noĩe ananias.) Ly. qui de iudaismo ad fidez xp̃i cõuersus fuit: scĩa et vita famosus (et dixit ad illũ ĩ visu dñs: Anania. At ille ait Ecce ego domĩe Et dñs ad eũ. Surge ⁊ vade in vicũ q̃ vocatur rect⁹ et quere in domo iude) Ly. hospes eĩ pauli iudas vocabat (Saulũ nomine tharsensem) de tharso noĩe oziũ dum (ecce eĩ ozat) est eĩ oratio eleuatio mentis ad deum iuq̃t Hug. ĩ de ozõe Fuerat aũt vsq̃ ad tertiũ celũ raptus et ex illo raptu egressus deo gratias agebat (⁊ vidit) in reuelatione dñi (virum ananiam nomine) ita q̃ reuelatio fuit sibi facta nõ solũ de ꝓsona sed etiã de ꝓ prio noĩe (introeuntem ⁊ imponentẽ sibi man⁹ vt visum recipiat) Ly. Nec autẽ impositio erat ad curationẽ corꝑalem sicut de btõ laurentio legit q̃ ponebat man⁹ sup̃ ceco ꝓ oculis nihil videbat. Ad manus autez illum trahentes introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns: ⁊ nõ mãducauit neq̃ bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias: et dixit ad illum in visu dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum. Surge ⁊ vade in vicum qui vocatur rectus et quere in domo iude saulum nomie tharsensem. Ecce enim orat. Et vidit virum Ananiam nomine introeuntem et imponentem sibi man⁹ vt visum recipiat: respõdit autem Ananias. Domine audiui a multis de viro hoc quanta mala fecerit de sanctis tuis in hierusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus. Vade: quoniam vas electionis est mihi iste: vt portet nomen meum corã gentib⁹ ⁊ regib⁹ et filijs israel. Ego eĩ ostendam illi quãta oporteat eum pro nomine meo pati: et abijt Ananias ⁊ introiuit in domum: et imponens ei manus dixit. Saule frater dominus misit me Jesus qui apparuit tibi in via qua veniebas vt videas et implearis spiritusancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tã q̃ squame ⁊ visum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cum accepissent cibum confortatus est fuit cum discipulis qui erant Damasci. Et continuo in synagogis predicabat xp̃m quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui audiebant et dicebant: Nonne hic est qui expugnabat in hierusalem eos qui inuocabant nomen istum et huc ad hoc venerat vt illos vinctos duceret principibus sacerdotum. Saulus autem magis conualescebat et confundebat habitantes damascum affirmans hic est christus. Et cum transissent dies multi consilium fecerunt iudei vt interficerent eum. Notum autem factum est saulo insidiis illorum. Custodiebant autem portas die ac nocte vt eum interficerent. Accipientes autem discipuli eius nocte per murum demiserunt eum in sporta. Cum autem venisset saulus in hierusalem temptabat iungere se discipulis. Et omnes timebant eum credentes quod non esset discipulus. Barnabas autem assumpsit eum et duxit ad apostolos et narrauit illis quomodo in via vidisset dominum et quia locutus esset ei et quomodo in damasco fiducialiter egisset in nomine iesu. Et erat cum illis introiens et exiens in hierusalem fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur quoque et disputabat cum gentilibus. Et ecce conabantur illum interficere. Quod cognoscentes fratres deduxerunt eum in cesaria et dimiserunt eum in tarsum. Ecclesie quidem per totam iudeam et galileam et samariam habebant pacem. Edificabantur ambulantes in timore domini et consolatione spiritusancti. Factum autem est dum circuiret omnes petrus venit et ad sanctos habitantes lydam. Inuenit autem ibi quendam hominem nomine eneam octo annis iacentem in lectulo qui erat paralyticus. Et ait illi petrus eneas sanat te iesus christus surge et sternito tibi. Et continuo surrexit. Et viderunt eum omnes habitantes lydam et saron qui conuersi sunt ad dominum. Fuit autem quedam discipula joppe nomine tabita quod interpretatur dorcas. Hec erat plena operibus bonis et elemosinis quas faciebat. Factum autem est in diebus illis infirmata est et mortua est. Quam cum lauarent posuerunt eam in cenaculo. Cum autem esset lydda prope joppe audientes discipuli quia petrus esset ibi mittunt duos viros ad eum rogantes ne pertranseat usque ad nos. Surgens autem petrus abiit cum eis. Quem cum peruenisset ducunt eum in cenaculum. Et stabant circa eum omnes uidue flentes et ostendebant illi tunicas et pallia quecumque fecerat illis dorcas cum esset cum illis. Eiectis autem omnibus petrus ad genua procidit et orauit. Et conuersus ad corpus ait tabita surge. Et aperuit oculos suos et cum vidisset petrum sedit. Dedit illi manum et erexit eam. Et cum vocasset sanctos et viduas adstare fecit eam uiuam. Factum autem est per totum joppe et crediderunt multi in domino. Et factum est dum moraretur dies multos apud simonem quendam coriarium. Erat autem quidam vir in cesarea nomine cornelius centurio cohortis quae dicitur italica. Pius et timens deum cum omni domo sua faciens eleemosinas multas plebi et deprecans deum semper. Hic vidit in apparitione manifeste quasi hora diei nona angelum dei introeuntem ad se et dicentem sibi cornelius. At ille intuens eum timuit dicens quid est domine. Dixit autem illi orationes tue et eleemosinae tue ascenderunt in memoriam coram deo. Et nunc mittit viros in joppe et accersit simonem qui cognominatur petrus. Hic hospitatur apud quendam simonem coriarium cuius domus est iuxta mare. Hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cum abiisset angelus qui loquebatur cornelio vocauit duos domesticos suos et militem timentem se de illis qui erant ei subditi. Et cum hec omnia exposuisset misit eos in joppe. Sequenti autem die cum illi iter facerent et appropinquarent ciuitati ascendit petrus in superiora domus ut oraret circa horam sextam. Et cum esset in cibum parare cecidit super eum mentis excessus. Et uidit celum apertum et descendere quasi linteum magnum quatuor initiis demissum de celo in terra. In quo erant omnia quadrupedia terre et bestie et reptilia et volucres celi. Et factum est dum

cibum confortatus est) duplici cõfortatione. s. spiritu ⁊ corpore (Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliq̃t: ⁊ cõtinuo ingressus synagogam p̃dicabat iesum qm̃ hic est filius dei) statim post baptismum. Ex illo patet q̃ doctrinã euangelicam non habuit ab homine: sed a deo. (Stupebãt autem omnes qui eũ audiebant) de tanta subita mutatione per quam atrocissimus fidei persecutor factor factus cõstãtissimus eius predicator (et dicebant Nonne hic est q̃ expugnabat in hierusalem eos qui inuocabant nomẽ istud: ⁊ huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad p̃ncipes sacerdotum. Saulus autem multomagis conualescebat:) scz procedens semp̃ de bono in melius (et confundebat iudeos q̃ habitabãt Damasci: affirmans q̃niã hic est christus) Lyra. id ẽ q̃ iesus nazarenus est vere christus in lege ⁊ p̃phetis promissus. Quod declarabat per scripturas veteris testamenti quas p̃us didicerat a Gamaliele: ⁊ postea m̃lto perfectius a deo illustrante.

pisset cibũ ꝓfortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas predicabat Jesum quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebãt ⁊ dicebãt. Nõne hic est qui expugnabat in hierusalem eos qui inuocabãt nomen istud? Et huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem multomagis conualescebat ⁊ confundebat iudeos qui habitabant Damasci: affirmans quoniam hic est christus.

In festo purificationis sancte Marie virginis. Malach. iij.

Et dicit dominus deus: Ecce ego mitto angelum meum: ⁊ preparabit viam ante faciem meã: et statim veniet ad templũ sanctũ suũ dñator quẽ vos queritis ⁊ angelus testamenti quẽ vos vultis. Ecce venit dicit dñs exercituum. Et quis poterit cogitare diẽ aduentus eius? ⁊ quis stabit ad videndum eum?

uentus in carnem: cum dicit (Hec dicit dominus deus). s. pater (Ecce ego mitto angelum meum) Ly. i. Johannem baptistã qui magis duxit in terris vitã angelicã q̃ bũanã q̃ etiã hec scripta intelligant̃ de Johãne baptista hoc p̃z Mat. xj. vbi xp̃s dixit de Johã. Hic est de q̃ scriptuz est. (Ecce ego mitto angelũ meũ: et p̃parabit viã añ faciẽ meam). i. añ filiũ: q̃ p̃dicatio ⁊ baptismus iohãnis fuerũt q̃dã p̃parationes ad baptismum ⁊ p̃dicationem xp̃i (⁊ statim veniet ad templũ sctm̃ suum). i. in hierusalem qua ibi christus hodie fuit oblatus a matre: ⁊ recept̃ a symone: ⁊ postmodum ibi pluries predicauit: ⁊ ibidẽ multa miracla fecit (dominator quem vos queritis) id est quez vos desiderans (et angelus testamẽti) id est christus q̃ fuit nuncius noui testamnti (quẽ vos vultis) videlicet Jesus christus desiderat̃ a sanctis patrib̃ et p̃phetis. Scõd̃o denũciat̃ hic aduẽtus christi in iudiciũ cũ dicit (Ecce venit dicit dñs exercituuz.) Lyra. i. veniet certitudinaliter ad iudiciũ (Et quis poterit cogitare diẽ aduẽntus eius). q. d. nullus. vñ Matth. xxiij. De die illa ⁊ hora nemo scit: neq̃ angeli celoꝝ nisi solus p̃r (⁊ quis stabit) id est poterit stare (ad videndũ eũ)

Hec dicit dñs deus: Ecce ego mitto angelum ⁊c. In presenti epistola nunciatur vterq̃ aduentus christi scz in carnem: ⁊ in iudiciũ: ⁊ primo denunciat̃ p̃mus ad-

Ly. qꝛ sicut p̄mus aduētus fuit in humilitate ⁊ mãsuetudine: ita ⁊ secūdus erit ĩ potestate et terrore (Ipse em̄ q̄si ignis cõflãs ⁊ q̄si herba fullonnꝫ) Ista referunt ad primũ ⁊ ad secūdũ aduentũ: cum em̄ dicitur Ipse enim q̄si ignis conflans: ad secūdũ aduentũ pertinet: et q̄si herba fullonum ad p̄mum. Nã herba fullonum q̄ vtũtur fullones ad purificandum vestes ⁊ faciēdũ eas nitidas mitius ⁊ suauius lauat sordes pannoꝝ ignis autem cũ magna violentia purgat metallum: sic in p̄mo aduētu christi cũ magna mãsuetudine ⁊ quadã suauitate penitentie purgabit peccatores in secūdo aduētu purgabit per ignem (et sedebit dñs). s. in iudicio (⁊ conflans et emũdans argentũ) qꝛ sicut argentũ conflatur in igne vt purgetur: emēdatã aũt in thesauros reponit: sic fiet in die iudicij: nã in igne purgabunt electi: q̄ nõdũ pleni sunt purgati in purgatorio: quatenꝰ purgati transeat in thesauros dñi: vt sint ibi q̄si aurum ⁊ argentũ (⁊ purgabit filios leui) Per leui hic intelligit sacerdotalis dignitas: purgandi ergo sunt ministri sacerdotalis officij (⁊ colabit eos quasi aurũ et q̄si argentũ) ad ꝑfectã mũdiciã deducēdo (⁊ erũt offerētes dño sacrificia in iusticia) scꝫ opeꝝ (⁊ placebit dño sacrificiũ). i. oblatum ꝓ (iuda ⁊ hierl̄m). i. ꝓ hoĩbꝰ actiuis q̄ intelligunt per iudam: ⁊ contemplatiuis qui intelligunt per hierusalem (sicut dies seculi ⁊ sicut anni antiqui). i. sicut placuit sacrificiũ Abel: Melchisedech ⁊ Abraã ⁊ alioꝝ sctõꝝ patrũ in seculis preteritis ⁊ annis antiquis (dicit dñs omnipotens

Ipse em̄ quasi ignis cõflans ⁊ q̄si herba fullonum. Et sedebit conflans ⁊ emundans argentum: et purgabit filios leui. Et colabit eos quasi aurum ⁊ quasi argentũ et erunt duo offerentes sacrificia in iusticia: Et placebit domino sacrificium iuda ⁊ hierusalem sicut dies seculi: ⁊ sicut anni antiqui: dicit dñs omnipotens.

In cathedra sancti Petri apostoli. j. Petri. j.

Petrus apostolus Jesu christi electis aduenis dispersionis ponthi: galathie capadocie. Asie et bithinie: ſm p̄scientiã dei pr̄is in sanctificationem spiritus: in obedientiã et aspersionẽ sanguinis Jesu christi

Petrꝰ apl̄s iesu xp̄i electꝭ aduenis ⁊c. Notandũ ꝙ simon petrus filius Johanna ꝓuincie galilee: vico de bethsaida frater Andree apl̄i discipulus saluatoris scribit hãc epl̄aꝫ proselitis id est his q̄ p̄mo de gentilitate ad iudaismum: et postmodũ de iudaismo ad xp̄m cõuersi erant q̄ pro fide xp̄i patiebant ⁊ dispersi erãt post lapidationem sctĩ Stephani Illis scribit a Rhoma tp̄e Claudij cesaris. vñ hic dicitur (Petrꝰ) Lyra. Primo em̄ vocatꝰ fuit. Simõ: sed postea a xp̄o noĩatꝰ est petrꝰ a petra q̄ est xp̄s propter fidei firmitatez (apl̄s iesu xp̄i) id est missus a Jesu xp̄o. Gor. Ecce nomẽ officij nobile officiũ ẽ eẽ nũciũ siue legatũ xp̄i (electꝭ). s. a deo ad fidem catholicã (aduenis). s. q̄ de gẽtilitate venerẽt ad iudaismũ: ⁊ de iudaismo ad fidẽ xp̄i (dispsionis). i. q̄ sũt de dispsiõe extra terrã iudee: ⁊ illis videt btũs petrus spãliter scribere: qꝺ ptꝫ ex hoc qꝺ subditur (ponthi) Gor. ꝓuincia grecie est iuxta mare (galathie) ꝓuincia est aq̄ galathie dicti sunt (asie) minoris. s. in q̄ p̄dicauit Johes euãge. Asia v̄o maior est media ꝑs orbis (bithinie) alia ꝓuiucia: ⁊ oẽs iste ꝓuincie sunt grecoꝝ: in his ꝓuincijs dispersi erant (ſm p̄scientiã dei pr̄is) Lyr. ⁊ accipit hic p̄sciẽtia ꝓ p̄destinatione (in sctificationem spũs) Lyr. talis enim sanctificatio appropriat spũi sancto (in obediẽtia) id est ꝑ obedientiam (⁊ aspersionẽ sanguinis iesu xp̄i)

qui fuit obediēs vsq; a dmortē: mortē autē crucis. Phil. ij. Ab hac autē passione hūc efficaciā oīa sacramenta noue legis q̄ sunt instrumēta nr̄e sctificationis (gratia vob̄) in presenti (ꝛ pax) in futuro (multiplicet:) quia tunc quietabit tot⁹ hoīs appetitus (Bn̄dict⁹ de⁹) Ly. q̄tū ad totā trinitatem (ꝛ pater dn̄i nostri Jesu xp̄i qui ꝑm magnā miserirordiam suā) Lyra. ꝛ nō ꝑm merita nr̄a (regenerauit nos). s. in sacramento baptismi: ꝑ qd̄ efficimur filij dei adoptiui: (in spem viuā). i. certā (per resurrectionez iesu xp̄i ex mortuis ꝑ quā habemus certitudinē future glorificatiōis: qꝛ cū eēt hō passibilis sicut ꝛ nos ad vitā immortalē resurrexit: ꝛ qꝛ filij adoptiui habēt ius in hereditatē ꝑticipatiōe: ido subdit (in heredita.) Gor. in futuro habendā: (incorruptibilem.) Ly. nam hereditas celestis nunq̄ deficit (et incontaminatam) quia nihil immundū recipit (ꝛ immarcessibilē) nā suum decorē nunq̄ minuit (conseruatā in celis) Beda. Non in presenti dandā: sed tempore prefinito reddendā (in vobis) id est per illud quod in vobis est per gratiā et liberꝝ arbitrium ꝛ per bona merita vestra (qui custodimini in virtute dei) nō vestra. Unde ps̄. cxxxvj. Nisi dominus custodierit ciuitatē (per fidem) quo facit homines fortes ad perseuerandū (in salutē) Ly. cōsequendam (paratam reuelari) et ostendi et dari quē modo latet (in tempore nouissimo) Ly. id est in finali iudicio. Nam electi apparebūt gloriosi in aīa ꝛ corpore (in quo) scz tpe nouissimo (exultabitis). s. eternaliter (Modicū nūc si oportet ꝯtristari) Ly. tpaliter (in varijs tēptationib⁹) Gor. tā interiorib⁹: q̄ ad ipsarum multiplicitatē. vn̄ ps̄. xxxiij. Multe tribulationes iustorū. Et Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnuz celorum (vt ꝓbatio fidei vestre multo p̄ciosior sit auro qd̄ ꝑ ignem ꝓbat̄) Lyr. Sicut aurum in fornace ꝓiectū inde nō deteriorat̄: sed purius et melius efficit̄ sic ꝛc̄. (inueniatur) Gor. i. cedat (in laudem) hoīm (et gloriam) angelorū (ꝛ honorem) dei (in reuelationē iesu xp̄i) domini nostri id est tēpore iudicij in q̄ xp̄s manifestabit gloriā electorum.

gratia vobis et pax multiplicet̄. Bn̄dict⁹ de⁹ ꝛ pater dn̄i nr̄i Jesu christi: qui ꝑm misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Jesu christi ex mortuis in hereditatē incorruptibilem ꝛ incontaminatā ꝛ imarcessibilē conseruatā in celis in vobis qui in v̄tute dei custodimini per fidem in salutē parataz reuelari in tempore nouissimo/in quo exultabitis. Modicū nunc si oportet contristari in varijs tēptationib⁹: vt ꝓbatio fidei vestre multo p̄ciosior sit auro qd̄ ꝑ ignem ꝓbat̄: inueniat̄ in laudē ꝛ gloriam ꝛ honorem in reuelatione Jesu christi.

In festo sancti Matthie apostoli. Actuum. j.

Exurgēs petrus in medio fratrū suoꝝ dixit

¶ Postilla

Exurgens Petrus in medio fratꝝ suoꝝ dixit ꝛc̄. Ante initium illius epistole scribit sanctus Lucas in eodem capitulo dicens: q̄ postq̄ Christus in die ascensionis videntibus discipulis eleuatus est in celum: tūc omnes simul reuersi sunt in Hierosolymā a monte qui vocatur oliueti: qui est iuxta hierosolymā sabbati habens iter Lyra. id est mille passus: quia non licet iudeis in sabbato vltra tale spatium ambulare. Et cū introissent in cenaculū: ascendebāt vbi manebāt petrus ꝛ iohānes ꝛ iacobus: andreas philippus ꝛ thomas: bartholome⁹ ꝛ mattheus: iacob⁹ alphei: scz fili⁹: hoc d̄r

ad differentiã alteri⁹ iacobi q̃ fuit fili⁹ zebedei: ⁊ Simõ zelotes: ⁊ Judas iacobi: hoc d̃r ad differentiã iude ꝓditoris. Hi omẽs erãt ꝑseuerãtes vnanimiter in oratione cũ mulieribus. Ly. deuotis que erant secute iesuz a galilea ⁊ maria matre iesu et fratribus eius. i. alijs de cognatione Jesu quorũ plures erant ibi ⁊c̃. Tunc statim sequit̃ pñs epl̃a (In dieb⁹ illis:) Lyr. i. tpe medio int̃ ascensionẽ dñi ⁊ penthecostes (Exurgẽs petrus) tãq̃ ꝑncipalis (Erat aũt turba hominũ simul fere centũ viginti. Viri frẽs oportet impleri scripturã quã ꝑdixit spiritussanct⁹ ꝑ os Dauid) cuius verbũ nõ põt falsum (de iuda q̃ fuit dux eoꝝ q̃ cõprehẽderũt Jesum: q̃ cõnumerat⁹ erat in nob̃) Lyra. id est vnus de duodecim apl̃is (⁊ sortit⁹ ẽ sortẽ ministerij hui⁹.) Lyr. i. dignitatem apostolicã quã habuit ꝑ xp̃i electionẽ sicut dicitur Joh̃. vj Nonne duodecim vos elegi: et vn⁹ ex vobis diabolus est. Sors enim aliquãdo accipit̃ pro parte: et sic accipit̃ hic: quia in partem apostolorũ vocatus est (⁊ hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis) Ly. i. possideri fecit ab alijs: quia triginta denarios quibus inique xp̃m vendiderat in templum ꝓiecit: ex quibus principes sacerdotũ emerũt agrum ꝓ sepultura peregrinoꝝ: vt habet̃ Matth̃. xxvij. ⁊ etiã aliqui volũt ꝙ iudas fuit ibi sepultus: ⁊ sic possedit agrũ illũ (⁊ suspensus crepuit medius. Et diffusa sunt oĩa viscera eius) Ly. vt pena' corresponderet culpe Justũ enim erat vt viscera q̃ tantã ꝓditionẽ cõceperãt enormiter de ventre caderẽt (⁊ notum factum est). s. enorme factum iude (omnib⁹ habitãtibus hierusalem: ita vt appellaret̃ ager ille). s. emptus de p̃cio sãguinis xp̃i (lĩgua eoꝝ) id ẽ principiũ sacerdotũ q̃ emerũt agrũ illuz (acheldemach hoc ẽ ager sanguĩs Scriptũ est em̃ in libro psalmorũ. Fiat cõmoratio). i. habitatio (eoꝝ deserta et nõ sit q̃ inhabitet in ea) Hoc scribitur in ps̃. lxviij. In q̃ ꝑdixit dauid penã sacerdotũ xp̃i mortẽ ꝓcurantiuz: in penã em̃ mortis xp̃i tẽplũ et ciuitas hierusalẽ fuerunt cõbusta ꝑ romanos: et sacerdotes partim ĩterfecti et partim captiuati: (⁊ ep̃atũ ei⁹ accipiat alt̃) hoc habet̃ Ps̃. cviij. In q̃ dauid ꝑdixit penã iude ꝓditoris qui xp̃m vendidit principib⁹ sacerdotũ. Isto em̃ iuda ꝑ suspensionẽ mortuo Matthias successit ei in apostolatu. Apostolatus vel ep̃atus dicit̃: vñ iam episcopi successores sunt apostolorũ: vt d̃r in decre. Et hoc est qd̃ d̃r hic: ⁊ ep̃atũ ei⁹ accipiat alter. s. sctũs Matthias. (Oportet ergo) ad reintegrandũ numerũ apostolicũ (ex his viris qui nobiscũ sunt cõgregati in omni tpe q̃ intrauit ⁊ exiuit inter nos dñs iesus) Ly. s. q̃ ꝑ experiẽtiã nouerũt ꝯuersationem ei⁹ iesu xp̃i (incipiẽs a baptismate Johannis vsq̃ in diem qua assumptus est

Erat autem turba hominũ simul fere centũ viginti. Viri frẽs oportet impleri scripturã quã predixit spũssanctus per os dauid de iuda qui fuit dux eorũ qui comprehenderunt iesum: qui cõnumeratus erat in nobis: ⁊ sortitus est sortem ministerij hui⁹: ⁊ hic quidem possedit agrũ de mercede iniquitatis et suspensus crepuit medius. Et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnib⁹ habitantibus hierusalem: ita vt appelleretur ager ille lingua eorum acheldemach: hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat commoratio eorum deserta: et non fit qui inhabitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscũ sunt cõgregati in omni tempore quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dñs Jesus incipiẽs

In festo annũciationis Marie virgi.

a nobis) Ly. non enim legit iesum docuisse publice ⁊ miracula fecisse nisi postq̃ baptizatus fuit a Johãne (testem resurrectiõis eius nobiscũ fieri vnũ ex istis ⁊ statuerunt duos) Ly. tãq̃ magis notabiles (Joseph qui vocatus est barsabas q̃ cognominatus est iustus: ⁊ matthiã). Ly. licet enim istos duos elegisset notabiliores alijs: tñ ignorabant quis eorum esset dignior ad apostolatũ: ppterea super hoc implorauerunt diuinũ iudicium (⁊ orãtes dixerunt Tu domine qui nosti corda omnium: ostende quez elegeris ex his duobus vnũ accipere locum ministerij hui⁹ ⁊ apostolat⁹ de quo preuaricatus est Judas vt abiret in locum suum: et dederunt sortes eis) Beda super Act⁹ apostolorum matthias ante pentheosten: ordinãdus sorte q̃ritur: qr nondũ plenitudo spũsanti in ecclesia diffusa est: sepe aũt diaconi postea non sorte sz electione apl⁹ ⁊ sũt ordinati: ppt hoc prohibet ronabilit tal electio extra de sorti. c. vl. nõ tñ peccauerũt apli eligendo Matthiam p sortẽ: qr nondũ erat phibitum. Et qr hoc fecerunt familiari consilio spiritusanti: qõ nõ est trahendũ ad consequentiã (⁊ cecidit sors sup Matthiã) Ly. Iste ioseph fuit cognatus xpi ⁊ tñ sibi preposuit Matthiam: per hoc ostendẽs q̃ ad officia ecclesiastica non sunt hoies ex consanguinitate ꝓmouendi (⁊ annumeratus est cum vndecim apostolis.

a baptismate Johãnis vsq̃ in die qua assumptus est nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis: ⁊ statuerunt duos: Joseph qui vocatur barsabas qui cognominatus est iustus et Matthiam: et orantes dixerunt: Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locũ ministerij hui⁹ et apostolatus de quo ꝓuaricatus est iudas vt abiret in locum suũ: ⁊ dederũt sortes eis. Et cecidit sors sup Matthiã: ⁊ annumeratus est cum vndecim apostolis.

In festo annunciationis Marie virginis Esaie. xi.

Egredietur virga de radice iesse: ⁊ flos de radice eius ascendet: ⁊ requiescet super eum spũs dñi: spiritus sapientie ⁊ intellectus: spiritus consilij ⁊ fortitudinis spiritus scientie ⁊ pietatis. Et replebit eum spiritus timoris domini: non fm visio

Egredietur virga de radice iesse: ⁊ flos de radice eius ascendet.

Sciendũ q̃ ista ꝓphetia exponit ad lram de xpo a doctoribus catholicis: iudei tñ adhuc expectant futurũ qõ nos xpiani dicimus esse impletũ in xpo iesu vt fm hoc dicit hic (Hec dicit dñs: egredietur virga de radice iesse) Ly. id est virgo maria que dicit virga gracilis paupertate ⁊ hũilitate: flexibilis pietate (⁊ flos de radice ei⁹ ascendet). i. xps qui dicit flos rõne puritatis: qm̃ nullũ peccatum actuale seu originale habuit in eo locũ j. Pet. ij. Qui peccatũ nõ fecit: nec inuent⁹ ẽ dolus in ore ei⁹. Et qr ꝓtulit fructũ nostre salutis. Et or ascendet de radice iesse: qr pr̃ dauid vocatus fuit Isai et iesse: xps aũt descendit de dauid (⁊ requiescet sup eũ spũs domini) Lyr. qr in baptismo ei⁹ apparuit spũsanct⁹ in specie colũbe sup eũ Matthei. iij. ad designãdũ plenitudinẽ oĩs grẽ i eo (spũs sapie) Lyr. i. doctor sapiẽtie: vel spũs q̃ est sapia (⁊ intellectus: spũs consilij ⁊ fortitudinis: spũs sciẽtie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eũ spũs timoris dñi.) Ly. ista oia dona ꝓfectissime fuerũt in aia xpi: q̃ fuit ꝓfectissima in oĩb⁹ donis ⁊ carismatib⁹ spũsancti (non fm visio

non oculoꝝ) corporaliũ (iudicabit) christꝰ p̃scientiã nam cognoscit omnia que sunt: fuerunt vel erũt: quantũcũq; sunt occulta: quia homo videt ea que patent: deus autẽ intuetur cor (neq; ſm auditum aurium arguet) Lyr. id ẽ non ĩdigebit edoceri de veritate ab aliquo: quia per seipsum cognoscit. vnde Job. ij. Opus ei nõ erat vt q̃s testimonium perhiberet de homine: ip̃e enim sciebat quid esset in homine. (sed iudicabit in iusticia paupes) scz euãgelicos iudicãs eos diuitijs celestibus dignos. Unde Matth. v. Bti pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnũ celorum (et arguet in equitate pro mãsuetis terre.) Lyra. quod fuit impletum quãdo pharise os arguit pro apl̃is quos notabant false de transgressione sabbati scz quando euellabant spicas manibus in die sabbati (et percutiet terram) id est homines terrenos (virga oris sui) id est doctrina sua arguendo eorum peccata. (et spiritu labiorum suorum interficiet impium.) Lyr. id est antichristũ: ſm q̃ dicit̃ ij. Thessal. ij. Et tũc reuelabit̃ ille iniquꝰ quem dominꝰ iesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui: (ꝛ erit iusticia cingulum lumborum eius: et fides cinctorium renum eius) Lyra. id est iusti ꝛ fideles adherebunt sibi sicut cingulum ꝛ lumbare adherent homini: ꝛ hoc patz impletum in apostolis alijsq; discipulis et fidelibus sibi per fidem et charitatẽ adherentibus.

In diebus illis. Locutus est dominꝰ ad achaz ꝛc. Ista scriptura Esaie prophete loquit̃ de dño nr̃o Jesu christo. Unde dicitur (In diebus illis) scz quãdo Esaias ꝓphetauit (locutus est dominus) per Esaiam ꝓphetam (ad Achaz) qui fuit idolatra pessimus: ꝛ regnauit sedecim annis inhierusalem. Esaias ꝓpheta predixit liberationem populi de potentia duoꝝ regum: scz regis Tyrie et regis samarie: Per quam liberationem figurabat̃ vera liberatio generis humani de potestate hostis antiq̃. Verumtamen qꝛ achaz credere noluit: tunc dixit Esaias (Pete tibi signum) Lyra. liberationis tue: et populi tui ab hostibus (a domino deo tuo) Lyra. et nõ ab idolis que tu colis. (in profundum inferni) scz vt aliquis reducatur ab inferis: et annunciet tibi: sicut factum fuit in transfiguratione domini quando venit Moyses ab inferis ꝛ apparuit cum Helya qui adhuc est in paradiso (siue in excelsum supra) ac si dicat. Si vis habere signum de celo sicut habuit Ezechias rex: quando sol decem lineis regressus est. Et tempore Josue quando sol et luna steterunt in bellogabaon. (Et dixit Achaz: non petã) Siquidem achaz signum petere renuit: ne in signo glorificaretur dominus: ꝛ vilipenderent̃ idola que colebat: ꝛ ideo dixit: Non petam: et vt excusationem haberet non petendi: subiunxit: (et nõ tẽptabo dominum) ac si diceret Si peterem signum: temptarem deum: et facerem contra legem: que dicit̃ Matthei iiij. Scriptum est. Non tẽptabis dominũ deum tuum. Sed ex quo iussus fuit: petere debuisset: tñ alia trãslatio habet: Non pe

nem ocnloruz iudicauit: neq; ſm auditum auriũ arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes: ꝛ arguet in equitate pro mansuetis terre: ꝛ percutiet terrã virga oris tui ꝛ spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lumborum eiꝰ: ꝛ fides cinctorium renum eius.

Item de eodem festo ſm seculares Esa. vij.

In diebus illis: Locutus est dñs ad achaz dicens: Pete tibi signũ a domino deo tuo in profundum inferni: siue in excelsuz supra: ꝛ dixit achaz Non petam: ꝛ non tẽptabo dñm.

In festo Philippi et Jacobi Epi.

Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parũ est vobis molestos esse hominibus: quia molesti estis et deo meo? propter hoc dabit dominus ipse vobis signũ: Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomẽ eius emanuel. Butyrum et mel comedet vt sciat reprobare malum: et eligere bonum.

In festo apostolorũ Philippi et Jacobi. Sap̃. v.

Stabũt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: et qui abstulerũt labores eorũ. Videntes turbabũtur timore horribili: ⁊ mirabuntur in subitatione insperate salutis: dicẽtes intra se penitentiã agẽtes: ⁊ pre angustia spiritus gementes. Hi sunt quos habuimus aliquãdo in derisum: et in similitudinem improperij. Non insensati vitam illorum estimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est.

Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parũ est vobis molestos esse hominibus: quia molesti estis et deo meo? propter hoc dabit dominus ipse vobis signũ: Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomẽ eius emanuel. Butyrum et mel comedet vt sciat reprobare malum: et eligere bonum. Ly. Et ⁊ nõ exaltabo dñm. q. d. nolo vt dato signo exaltet deũ: ppter qõ Esaias ppheta tulit di. (Audite ergo domũ dauid). q. d. Rex nõ vult audire: audiatis vos domus dauid (nunq̃d parũ vobis est molestos eẽ hoĩb̃) .i. pphetis quos sepe molestabant dcridẽdo: affligendo et occidẽdo: vtz. iiij. Reg. ij. Par. in multis locis (qz molesti estis ⁊ deo meo). s. signũ ab eo oblatũ renuẽdo ne nomen eius glorificetur (propter hoc) scz ad declarationẽ noĩs iui principalr. (dabit dñs ipse vobis signũ). s. liberationis vestre: q̃uis sitis ingrati: qz deũ multa bona facit inuitis et ingratis: vt dicitur Matthei. v. Pater vester celestis solem suũ oriri facit super bonos et malos ⁊c. (Ecce virgo concipiet et pariet fi.) Lyra. Beata virgo Maria a prophetis denunciata: que cõcepit et peperit manens virgo: (et vocabitur nomen eius emanuel) qõ est interpretatũ nobiscuz deus (butyrũ ⁊ mel comedet) Lyr. hoc dicitur ad denotandum veram eius humanitatẽ: qz talis nutriẽ homo maxime ĩ pueritia (vt sciat reprobare malũ ⁊ eligere bonũ) Nã ipsius xp̃i infantia nõ minuit eius saptẽtiã: nec plus sciuit adultus q̃ puulus: sed plus ostẽdit saptentiã suã adultus q̃ paruulus Stabunt iusti) Ly. s. tpe iudicij (in magna constantia) qz pfecti cũ christo iudicabũt (aduersus eos q̃ se angustiauerũt) Lyr. iuferẽdo nocumẽtũ eis in psonis (et qui abstulerũt labores eorũ) eis nocẽdo in reb̃ tpalib̃ (videntes autẽ turbabant timore horribili: et mirabuntur in subitatione insperate salutis dicẽtes) Lyr. qz videbũt iustos et gloriosos in corpore ⁊ aĩa: quod tũ nõ crediderãt futuũ (et p̃ angustia spũs gemẽtes intra se penitentiã agentes) sed sine fructu: tũ qz sũt extra statum meriti et demeriti: tum q̃a non dolent propter offensam dei sed ꝓpter penas inferni. (Hi sũt quos aliq̃n̄ habuim̃ in derisũ) scz in p̃senti vita (et in similitudinẽ ĩ improperij) Ly. qz improperantes aliquibus ponebãt xp̃ianos in exẽplũ dicẽtes. Ita miser fias sicut talis xp̃ianus vel iustus. (nos insensati) Lyra. p ignorãtiã futurorum bonoũ (vitã illoũ estimabamus insaniã) eo q̃ cõtẽnebant tpalem felicitatẽ et psperitatẽ (⁊ finem illorũ sine honore) quia moriebantur in contemptum presentis vite (quomodo cõputati sunt inter filios dei) id est inter angelos (et inter sanctos sors illorũ est) ad quoũ cõsortiũ tunc erunt assumendi cum corpore ⁊ anima.

Confido de vobis i dño ꝛc. Galathe sunt greci: ꝛ isti seducti erãt a via veritatis ꝑ falsos apl'os qui ꝑdicabãt simul circũcisionẽ cũ euãgelio esse necessariã ad salutẽ: ꝛ illos apl's Paul⁹ i ꝑsenti epl'a reuocat ad viã veritatis vi. (Frẽs: cõfido de vobis) Lyra. ꝙ ad monitionem meam vos corrigatis (i domino). i. ꝑ adiutorium dei (ꝙ nihil aliud sapiatis) nisi veritatẽ euãgelij quaz ꝑdicaui vobis. (qui aũt conturbat vos) Ly. asserẽdo ꝙ sine circumcisiõe saluari nõ poterĩ (portabit iudiciũ) Hor. i. sustinebit odemnationẽ (quicũq; est ille). i. quantũcũq; sit (ego aũt fratres si circũ. adhuc ꝑdico) Lyra dicendo ꝙ necessaria sit ad salutẽ (q̃d adhuc persecutionẽ patior) scz a iudeis. q. d. non paterer si ita esset quia ꝑ nulla re perseqn unk me iudei nisi hac causa ꝛc. (ergo euacuatũ est scandalũ crucis) id est scandaluz quo iudei in mea ꝑdicatione scandalizabãtur: qz iudei nõ scandalizabank de paulo ꝑdicãte iesum nazarenũ crucifixũ fuisse sed ꝑdicabat eum verũ christũ eẽ ꝛ circumcisionem euacuasse (vtinam abscindãtur) Ly. totaliter a vobis separentur (qui vos conturbãt) dicentes ꝙ circumcisio sit vobis necessuria ad salutem (Quicũq; eñ volunt placere) scz iudeis (in carne) id ẽ in legalibus obseruantijs (bi cogũt vos circũcidi) Ly. i. ad hoc vos inducunt (tm̃ sup. hoc faciũt (vt crucis xp̃i psecutionẽ.) Hor. i. psecutionẽ que ꝑ ꝑdicatiõe crucis xp̃i inferk (nõ patiank). s. a iudeis: qui pseq̃bank ꝑdicatores crucis (neqz eñ q̃ circũcidunk) Ly. scz falsi apostoli (legem custodiũt) quia in multis transgrediebantur (sed volunt vos circumcidi vt in carne vr̃a glorienk) scz apud iudeos de vestra circũcisione: iactando se ꝑ multos ꝓselitos legis fecerũt (Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce dñi nr̃i iesu xp̃i) Lyra: i fide ꝛ ꝑdicatione xp̃i crucifixi (per quẽ) scz xp̃m crucifixum (mihi mundus crucifixus est) Lyr. id est cõcupiscentia mũdi mortua ẽ nullã habẽs virtutẽ in me (ꝛego mũdo) qz amplius nihil mundanum quero

In festo inuentiõis sancte crucis. Ad Gala. v.

Confido de vobis in domio ꝙ nihil aliud sapiatis. Qui autẽ cõturbat vos portabit iudicium quicunqz est ille. Ego aũt fratres si circumcisionem adhuc predico: quid adhuc psecutionẽ patior. Ergo euacuatum est scandalum crucis: vtinaz abscindãtur qui vos conturbant. Quicũqz eñ volũt placere in carne hi cogunt vos circũcidi: tm̃ vt crucis christi persecutionẽ nõ patiank. Neqz eñ qui circũcidunk legem custodiunt: sed volunt vos circũcidi: vt in carne vestra gloriẽtur. Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi per quem mihi mũdus crucifixus est et ego mundo.

In festo sancti Johannis baptiste. Esaie. xlix.

Audite insule et attẽdite ppl'i de lõge dñs

Audite insule: ꝛ attẽdite populi ꝛc. Ante i nitium illi⁹ ꝓphetie habek ꝙ cuz educer et dñs filios israel de egypto aquam de petra produxit eis i deserto: ꝛ scidit petram ꝛ fluxerunt aque. Nõ est pax impiis dicit dñs. Tũc statim sequitur presens lectio q̃ principaliter exponitur de christo (Hec dicit dominus. Audite israel) Glo. ordina. sub insularum nomine alloquit dominus deus in persona filij ecclesias de gẽtibus collectas: (ꝛ attendite populi de lõge) id est ab extremis terre (dñs ab vtero vocauit me: et de ventre

In festo Petri et Pauli apl'o. Epistola.

matris mee recordatus est noīs mei) Ly. hoc dicit in ꝑsona xp̄i hoīs de quo adhuc existēte in vtero matris dixit dn̄s ꝑ angelū suū ad ioseph Matth. j. Vocabis nomen ei⁹ Jesum. Ipse em̄ saluū faciet ppl'm suū a pctis eoꝝ (et posuit os meū quasi gladium acutum) Ly. in quo notatur efficacia ꝟbi xp̄i ad extirpandum vitia (in vmbra manus sue) id est potestatis sue. (ꝓtexit me (non em̄ fuit captus a iudeis nisi quādo voluit et se spōte obtulit: vtz Joh. xviij. Dixi vobis qꝛ ego sum: si ergo me queritis: sinte hos abire (ꝛ posuit me sicut sagittam electaz) In hebreo habet clarā. i. lunatam: ꝑ hoc intelligitur puritas et claritas doctrine xp̄i (in pha. sua). i. in sua ꝓuidentia (abscondit me) scz vsqꝫ ad tempus reuelatōis mee (ꝛ dixit mihi: seru⁹ me⁹ es tu) rōne humanitatis in q̄ accepit formā serui: vtz Philipeñ. j. Semet ip̄m exinaniuit formā serui accipiēs israel sic noīat xp̄s qꝛ de populo israel natus (qꝛ in te glorificabor.) ꝑ miracula diuine potestatis et excellentie demonstratiua (et nunc dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi) Lyr. qꝛ ab instāti in incarnatione fuit diuinitus corp⁹ xp̄i formatū ꝛ animatū: ꝛ sic extunc perfectus fuit christ⁹ oībus scientijs et carismatibus (dedi te in lucem gentiū) Ly. ꝛ hoc per susceptionē luminis fidei (vt sis salus mea) id est a me missa ꝛ data (vsqꝫ ad extremum terre) Ly. ꝛ hoc modo dixit xp̄s apostolis Act. j. Eritis mihi testes in hierl'm ꝛ in oī iudea et samaria et vsqꝫ ad vltimum terre (Reges videbūt) Ly. mirabilia ī virtute noīs xp̄i fienda per apostolos ꝛ per eorū successores (et ꝯsurgent p̄ncipes) ad statū fidei christiane: qd̄ maxime patuit tp̄ibus cōstantini (ꝛ adorabūt dn̄m deū tuū sctm̄ israel) scz deum patrē (qui elegit te) ly. s. xp̄m hominē ad opus redemptionis hūane

ab vtero vocauit me: de vētre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meū quasi gladium acutū: in vmbra manus sue protexit me: et posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me: et dixit mihi. Seruus meus es tu israel: quia in te glorificabor. Et ego dixi: inuacuum laboraui: sine causa ꝛ vane fortitudinem meā consumpsi. Ergo iudiciū meū cum domino ꝛ opus meū cum deo meo. Et nunc dicit dn̄s formans me ex vtero seruum sibi. Ecce dedi te in lucem gentiū vt sis salus mea vsqꝫ ad extremū terre. Reges videbunt et consurgent principes: et adorabunt propter dominū deum tuū et sanctū israel qui elegit te.

In festo beatoꝝ Petri et Pauli apostolorum. Actu. xij.

Misit herodes rex manus vt affligeret quosdā de ecclesia. Occidit autē Jacobū fratrem iohānis gladio. Videns aūt quia placeret iudeis

Misit Herodes rex man⁹ vt affligeret quosdaz de ecclesia ꝛc. Añ initium illius lectionis scribit sanct⁹ lucas ꝙ sanctus Paulus et sanct⁹ Barnabas predicauer̄t in Antiochia per integruz annum et docuerūt multam turbaz: ita vt cognominarētur primum Antiochie discipuli christiani. Ly. Ante enim credentes in christum vocabantur tantuz discipuli: sed tunc ceperunt noīari christiani a christo. In his autē diebus superuenerūt ab hierosolymis ꝓphete Antiochiam. Et surgens vnus ex eis nomine Agabus: significabat per spiritū sanctū famem magnā futurā in vniuerso orbe terrarum: que facta est sub Claudio cesare. Di-

scipuli autē prout quisq; habeat ꝓposue/
runt singuli in ministeriū eorū mittere ha-
bitantibus in iudea fratribus. Ly. fuerāt
eñ bonis tpalibus spoliati in ꝑsecutione
que mota fuit ī morte stephani: ꝓpter qd
indigebant ab aliis
credentibus auxilia
ri: maxime tempore
famis: quod et fece-
runt mittētes ad se-
niores. s. curā mul-
titudinis habentes
per man⁹ barnabe
ꝛ pauli. Tūc statim
sequit̄ p̄sens lectio.
(In dieb⁹ illis ꝛc̄.)
Pro intellectu litte
re sciēdū: ꝙ tres fue
runt Herodes in iu
dea: de quibus scri-
ptura facit mētionē
Prim⁹ fuit herodes
ascalonita: et iste fu
it institut⁹ rex iudee
a romanis: cui⁹ pa-
ter fuit idumeus: et
tēpore isti⁹ herodis
natus est xp̄s: ꝛ iste
herodes occidit pu-
eros innocentes: vt
habet̄ Matt. ij. Se
cūdus vocatus fuit
herodes antipas: ꝛ iste decollauit iohānē
baptistā. Tertius vocatus fuit agrippa: et
licet iste in p̄ncipio fuerit pauper tamē po-
stea fauentib⁹ sibi duobus imperatoribus
romanis: scz Gaio ꝛ Claudio: fuit eleuat⁹
ad regnum ꝛ iste de Roma veniens in iu-
deam honorifice valde fuit receptus a iu-
deis: ꝓpter qd in fauorē eorū occidit Ja-
cobū fratrem Johānis: ꝛ incarcerauit pe-
trū. Uñ versus. Ascalonita necat pueros
antipa Johannē: agrippa Jacobum: clau
dens in carcere Petrum. Et hoc est quod
dicit̄ in principio presentis lectionis. (In
dieb⁹ illis: Misit herodes rex manus) id
est in potestatē suam (vt affligeret quosdā
de ecclesia) sup. credentiū (occidit aūt Ja-
cobū fratrē Johannis gladio) nō solū eñ
christianos afflixit sed etiā occidit (videns
autē qꝛ placeret iudeis) scz occasio iacobi
(apposuit apprehēdere ꝛ petrū) Glo. or.
quia plus placeret iudeis si princeps occi
deretur (Erant aūt dies azymorum) Ly.
quādo apprehendit
petrū ꝛ hoc additur
ad significandū cau
sam q̄re non statim
occidit petruz: sicut
fecerat d̄ iacobo: vo
lebat eñ expectare
trāsitum solēnitatis
paschalis: in qua iu
dei septem dieb⁹ ve
scunt̄ panib⁹ azymo
rū ꝛ etiā qꝛ non lice
bat in pascha quēq̄
occidere (Quē cuz
apprehendisset mi-
sit in carcerē) Lyr.
ne posset effugere:
(tradēs in quattuor
quaternionibus mi-
litū ad custodiēdū)
Dicitur aūt quater-
nio qui habet quat-
tuor milites sub se:
sicut cēturio qui ha-
bet centum (volēs
post pascha ꝓduce-
re euz populo) .i. ex
ponere morti pro voluntate populi (Et pe-
trus quidē seruabat̄ in carcere. Oratio āt
fiebat sine intermissione ab ecclesia ad de-
um ꝓ eo) Ly. vt xp̄us adhuc in vita serua
ret suum vicariū (Cum aūt ꝓducturus eū
esset herodes). s. de carcere vt occideretur
(in ip̄a nocte) immediate p̄cedēte (erat pe
trus dormiēs inter duos milites vinctus
cathenis duabus: ꝛ custodes ante ostium
custodiebāt carcerē) Ly. Petrus ita custo
ditus fuit: ꝙ nō patebat ei euasiōis via hu
mana: sed qꝛ deficiēte humano subsidio so-
let a desse diuinū: ideo subdit̄ (ꝛ ecce ange-
lus dñi astitit) ad petri liberationem (ꝛ lu-
mē reful. in ha. carceris. s. ad ei⁹ cōsolatio-
nē (ꝑcussoq; latere petri excitauit eū dicēs:
Surge velociter: ꝛ ceciderunt cathene de-

apposuit apprehēdere et petrum
Erant aūt dies azymorum. Quē
cum apprehendisset misit in carce
rem tradensq; eū q̄ttuor quater-
nionibus militū ad custodiendū
volens post pascha ꝓducere eum
populo. Et petrus quidem serua
bat̄ in carcere: oratio autez fiebat
sine intermissione ab ecclesia ad
deum pro eo. Cum aūt producturus
eum esset Herodes in ipsa no
cte erat petr⁹ dormiens inter du-
os milites vinctus cathenis dua
bus: et custodes ante ostium cu-
stodiebant carcerem. Et ecce an-
gelus domini astitit et lumē reful
sit in habitaculo: percussoq; late-
re Petri: excitauit eū dicēs. Sur-
ge velociter: et ceciderunt cathe-

manibus eius (Dixit aũt angelus ad eum precingere) Ly. vt sis aptus ad ambulandum: resoluerat em̃ Petrus cingulũ suum vt vestis posset pedes cooperire contra frigiditatẽ carceris (⁊ calcia te caligas tuas) Ly. Est autẽ caliga genꝰ calciamẽti nõ habẽt; coriũ sup pedes (⁊ fecit sic. Et dixit illi. Circũda tibi vestimẽtũ tuũ ⁊ seq̃re me. Et exiens sequebat̃ eum. Et nesciebat quia verum est qd̃ fiebat per angelũ: estimabat aũt se visuz videre) Ly. Fortitudo em̃ carceris ⁊ diligens custodia fecerat sibi imaginationem de euadendi impotẽtia: ꝓpter quod rem gestam somniũ estimabat. (Transeuntes aũt primã) Glo. or. primum quaternionem cũ suis (⁊ secundam custodiã) id est scd̃m quaternionez cũ suis: qui oẽs erãt oppssi somno (venerunt ad portã ferream) Lyra. erat exterior pars carcer; (q̃ ducit ad ciuitatem: q̃ vltro apta est eis) ꝟtute diuina vel angelica (Et exeuntes processerunt vicum vnũ) ad maiorẽ Petri assecurationẽ (et cõtinuo discessit ab eo angelus) subito desperãdo. (Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere qꝛ misit dñs ãgelũ suũ ⁊ eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum) Lyra. tũc enim percepit ꝙ non erat somniũ sed res gesta.

ne de manibꝰ eius. Dixit autem angelus ad eũ: precingere et calcia te caligas tuas: ⁊ fecit sic et dixit illi. Circũda tibi vestimentum tuum ⁊ sequere me. Et exiens sequebat̃ eũ: ⁊ nesciebat qꝛ verũ est qd̃ fiebat per angelum. Existimabat aũt se visum videre. Trãseuntes autem p̃mã ⁊ secundam custodiam venerunt ad portam ferreã q̃ ducit ad ciuitatẽ que vltro aperta est eis: ⁊ exeuntes ꝓcesserũt vicum vnum: ⁊ cõtinuo discessit ab eo angelus. Et petrꝰ ad se reuersus dixit: Nunc scio vere quia misit dñs angelum suam: et eripuit me de manu herodis ⁊ de om̃i expectatione plebis iudeoꝝ.

In festo visitationis virginis Marie. Cantico. ij.

Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles. Sil̃is est dilectꝰ meus capree hinnuloqꝫ ceruoꝝ. En ip̃e stat post parietẽ nr̃m respiciens ꝑ fenestras: ꝓspiciẽs per cancellos

Ecce iste venit saliens in mõtibus ⁊c. Ante initiũ illius lectionis habet̃ in eo. ca. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illiꝰ amplexabit̃ me. Tunc sequit̃ p̃sens epistola. (Ecce iste venit saliens in montibus trãsiliẽs.) Glo. de sinu patris ĩ vterum ꝟgsnis de vtero virginis in p̃sepium: de p̃sepio ĩ mũdũ: de mũdo in patibulũ: de patibulo ĩ sepulchrũ: de sepulchro ecõuerso ĩ mũdum: ⁊ de mũdo ad patris dexterã (Similis est dilectꝰ meus capree) ꝓpter visum acutum qꝛ tãtũ acumen habet in videndo ꝙ a remotis videt venatorem venientem: et loca alta ascendit: ⁊ a venatore non videt̃ sꝫ venatorem videt. Sic spũaliter deus cuncta videt: vt habet̃ ad Heb. iiij. Omĩa nuda et aperta sunt oculis eius (hinnuloqꝫ ceruorũ). i. fetui cerui vel capree propter velocitatẽ. Hinnulus eĩ se cornibus nõ potest defendere: et ideo fugit ĩsequẽtes q̃diu põt (en ip̃e stat post parietẽ nostrũ) id ẽ carnẽ assumẽdo: diuitas em̃ latet in humanitate (respiciẽs per fenestrã) id est ꝑ apostolos illuminantes ecclesiam: sicut em̃ ꝑ fenestram radius solis illuminat domum: sic christus ꝑ apostolos ecclesiã illuminauit (ꝓspiciẽs) id ẽ delonge aspiciẽs (ꝑ cãcellos). i. ꝑ patriarchas eccl̃iaz illuminãdo: sic em̃ ꝑ foramẽ

magnū transit magnū lumen: ⁊ per paruū foramē paruū lumē transit: sic per apl'os sicut per fenestras magnas magnū lumē in eccl'ia luxit: per patriarchas parū de lumine trāsit sicut ꝑ parua foramina que cācelli dicunt. Sunt eñ cancelli ꝑua foramina in fenestra virgulata ꝑ virgas cācellatas: ꝑ quos modicū de lumine trāsit. (En dilect⁹ me⁹).i. xp̄s (loquitur mihi: Surge) scz ab ocio (ꝓpera) qꝛ via in q̄ es ꝑiculosa est (amica mea) ꝑ charitatis latitudinez (colūba mea) per intētionis rectitudinē (formosa mea) per morum honestatē (et veni) scz ī tuā recreationē (Jam enim hyems transijt) id est congelatio paganorū nolētium fidē recipere (imber abijt ⁊ recessit).i. tyrannoꝝ ꝑsecutio (flores apparuerunt).i. odores bonoꝝ opeꝝ (in terra nr̄a).i. ī ecclesia (tp̄s putationis aduenit).i. tp̄us ad resecandū vitia (Vox turturis).id ē sp̄ūssancti (audita est in terra nostra).i. in cordibus electorū: quia sicut turtur in occulto cantat ⁊ in cantu gemit: sic spiritussctūs occulta reuelat: vt aīam in qua habitat gemere facit per penitētiā (Fic⁹ ꝓtulit grossos suos) Ficus eñ p̄mo fert fruct⁹ īutiles Scd̄o v̄o vtiles ⁊ maturos: sic simil'r synagoga p̄mo ꝓtulit fructus īmaturos ⁊ īutiles: deinde xp̄m ⁊ apl'os tanq̄ fruct⁹ maturos ⁊ vtiles nobis ministrauit (vinee florentes).i. ecclesie ꝑticulares virtutib⁹ suis (dederūt odorē suū. Surge ꝓpera amica mea ⁊ veni colūba mea in foramīb⁹ petre) id est xp̄i vulnerib⁹ (in cauerna macerie.) id ē lateris xp̄i vulnere (ostēde mihi faciē tuam).i. cōuersationē tuā non alienā sicu hipocrite (Sonet vox tua).i. p̄dicatio tua (in auribus meis a scz honorem meum (vox eñ tua dulcis).i. p̄dicatio tua (⁊ facies tua decora) scz qñ p̄dicationi correspondet vita.

En dilectus meus loqnitur mihi Surge propera amica mea: colūba mea: formosa mea ⁊ veni. Jaz eñ hyems trāsijt: imber abijt ⁊ recessit. Flores apparuerūt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est ī terra nostra. Ficus protulit grossos suos. Vinee florentes dederunt odorem suū. Surge propera amica mea/sponsa mea/⁊ veni colūba mea in foraminib⁹ petre in cauerna macerie. Ostende mihi faciez tuam. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis ⁊ facies tua decora.

In festo beate marie Magdalene: Prouer. xxxj.

Mulierez fortē q̄s inueniet ꝓcul ⁊ d̄ vltimis finibus p̄ciū ei⁹. Cōfidit in ea cor viri sui: et spolijs non indi-

Mulierē fortem q̄s inueniet: ꝓcul ⁊ de vltimis ⁊c̄. Ante initiū illi⁹ lectionis locut⁹ est spiritussanct⁹ ꝑ Salomonē dicēs. Aperi os tuuz decerne qd̄ iustum est et iudica pauperē lyra.i. exequere iusticiam pro pauperibus qñ habēt iustam causam. Tūc sequit̄ p̄ñs epistola (Mulierē fortem q̄s īueniet.) In ista epl'a ponit̄ commēdatio fortis mulieris. Et doctores catholici cōmuniter dicūt q̄ per mulierē fortē intelligit̄ sacra scriptura. Et hāc expositionē prosequit̄ Nico. de lyra. super presentē epistolā dicēs (Mulierē fortem) id est sacrā scripturā: que cōtinet scientiam ⁊ inuiolabilē veritatē (quis īueniet).q.d. pauci attingūt ad eius plenā noticiā (procul ⁊ de vltimis finib⁹ p̄ciū eius. Confidit in ea cor viri sui) scz de bono premio recipiendo. Dicit̄ hic vir eius doctor bon⁹ in cuius persona dicit̄ Sap̄. viij. Hanc amaui ⁊ exq̄siui a iuuentute mea: ⁊ q̄siui sponsam mihi eā assumere (⁊ spolijs nō indigebit) quia in premio duplicē stolam habebit scz stolā corꝑis et stolam aīe (reddet ei) scz

In festo beate marie Magdale. Episto.

Iustorũ anime in manu dei sũt et non tanget illos tormentum mortis ꝛc. Ante initium illius lectionis habetur sic: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: imitantur autẽ illũ q̃ sunt ex parte ei⁹. Tunc sequit p̃sens lectio siue epistola. (Iustoruz anime in manu dei sunt) Lyra. Sunt enim anime iustoruz immortales et separate a corporibus ꝑ mortem: ꝛ sunt in manu diuine misericordie per securitatem glorie cõsequende. Nã tempore passionis christi postq̃ aperta est ianua glorie: si non habent aliquid ad purgandum: statim euolant ad gloriaz. Si autem habent aliquid ad purgandum detinentur in manu diuine iusticie in pena purgatorij ad tẽpus. Sunt tamen secure de beatitudine cõsequenda: ergo dicitur hic. (Iustorum anime in manu dei sunt: ꝛ non tãget illos tormentum mortis) scz tormentum gehenne

(visi sunt oculis insipientium mori) totaliter in anima ⁊ corpore (⁊ estimata est afflictio exitus illorū: et ab itinere iusto abierūt in exterminiū) de hoc mundo reputata ē mera afflictio ab illis qui aliā vitam hominis nō credunt post hanc vitam (et qđ a nobis ē exterminij) ſm errorē illoꝝ qui dicūt hoīes recedentes a nobis ꝑ mortē totaliter exterminari (illi autē) scz iusti (sūt in pace. Et si corā hoībus tormēta passi sunt: ipes illoꝝ īmortalitate plena est) qꝛ nō potest amitti: īmortalitas vero Ade non fuit plena: qꝛ amitti poterat et fuit amissa: (In paucis vexati) .i. tribulati (in multis bene disponēt) per gloriā anime et corꝑis (qm̄ deꝰ temptauit eos) .s. vt virtus sapiērie eorum nota fieret alijs ad exemplum imitationis (et inuenit eos dignos se. Tāq̄ aurum in fornace probauit illos) .s. ꝙ nō deteriorātur sed meliorant̄ (⁊ in tempore tribulatronis erit respectus illorū) nō solū quātum ad animam: sed etiā q̄tuz ad corpus resurget gloriosum. (Fulgebunt iusti) per dotē claritatis (⁊ tanquā scintille in arundineto discurrent (per dotem agilitatis (iudicabunt nationes. (nam perfecti iudicabunt cum christo in iudicio finali (⁊ dominabunt populis: ⁊ regnabit dominus illorum in perpetuum.

Visi sunt oculis insipientiū mori ⁊ estimata est afflictio exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminiū. Et qđ a nobis est iter exterminij: illi autē sunt in pace. Et si corā hominibus tormēta passi sunt species illorū īmortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponent̄: qm̄ deus tēptauit eos: ⁊ inuenit eos dignos se. Tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit illos: ⁊ q̄si holocausta hostiam accepit illos ⁊ in tpe erit respectus illorū. Fulgebūt iusti ⁊ tanq̄ scintille in arūdineto discurrēt: Judicabūt natiōes ⁊ dom[illegible]būtur populis. Et regnabit [illegible] illorum imperpetuum.

Item alia epistola de martyribus. Sapieñ. v.

Iusti aūt imperpetuū viuent et apud dñm est merces eorū: et cogitatio illorum apud altissimū. Ideo accipient regnum decoris et dyadema speciei de manu domini: quoniaz dextera sua teget eos: et brachio sancto suo defendet illos. Et acci

Iusti aūt in perpetuum viuent: ⁊ apud dominū ⁊c. Ante initiū illiꝰ lectionis habet̄ in eo. ca. ꝙ dānati in inferno quotidie clamant. Quid nobis ꝓfuit superbia aut diuitiarū iactantia q̄d cōtulit nobis transierunt oīa illa tanq̄ vmbra. Tunc sequitur presens lectio que hodie pro epistola in missa legit̄: in qua demonstrat̄ que sit merces martyrum: qualiter a dño ꝓtecti: qualiter a domino armati ad pugnam cōtra inimicos fidei ꝓcesserunt: ⁊ sic ad eternam beatitudinem ꝑuenerunt: ergo hic dicit̄ (Iusti aūt imꝑpetuum viuent.) scz vita glorie (et apud dominū est merces eorū) scz a quo sperant premiari: non a mundo (et cogitatio illorū apud altissimum) ad cuiꝰ honorem ordinant facta sua.) Ideo accipiēt regnū decoris: et dyadema speciei de manu dñi) scz celestem gloriā vbi nihil est turpe (quoniam dextera sua teget eos) reponēdo eos in beatitudinez que ꝑ dexterā ītelligit̄ (et brachio sctō suo defendet illos) In hoc designat̄ securitas btitudinis q̄ne a nullo pōt offerri Post hoc describit miseriā iniquoꝝ dicēs: (⁊ accipiet armaturā zelus illiꝰ) Nā ex zelo iusticie ꝓcedit ad turbationē malorum

(⁊ armabit creaturam ad vltionem inimicoꝝ) Ly. nā oīb⁹ creaturis vtet ad afflictionē reproboꝝ: sic econuerso oēs creature cedēt ad gl̄iam electoꝝ (Induet ꝑ thorace iusticiā) a quo nō poterit deflecti cū ipse sit regula iusticie (⁊ accipiet ꝑ galea iudiciū certū) Nam iudicando nō pōt deficere (Sumet scutū inexpugnabile equitatē) que ita erit euidēs ꝙ nullus eam poterit impugnare (ibūt directe emissiones fulgurum) ad afflictionem maloꝝ (et ad certū locū deducet illos domin⁹ de⁹ noster) Nā ſm ꝙ dñs p̄ordinauit de ipsis: ita ⁊ ipsi p̄dicatiōis ⁊ passiōis certa loca adiecerūt

Reddet de⁹ omnē mercedē laborum sanctoꝝ ⁊c. Ante initium illius lectiōis habet in eodem ca. Sapientia eterna venditum iustum scz ioseph quē fratres sui vendiderunt nō dereliquit: sed a pctōrib⁹ liberauit eū: descēditq; cū illo in foueam: et in vinculis nō dereliquit illū: ⁊ mendaces oñdit qui maculauerunt eū: et dedit illi claritatē eternā. Tunc sequit̄ p̄ñs lectio siue epl̄a (Reddet deus) scz iustis. (oēm mer. la. suoꝝ) Ly. Nam de mādato dñi filij israel recedētes spoliauerūt egyptū scz mutuo a vicinis vasa aurea et argentea a cōmodādo: ⁊ hoc in recōpēsatiōe laboꝝ q̄b⁹ iniusta aggrauauerant eos egyptij: vt habet Exo. xij. (⁊ deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis ī velamēto diei: ⁊ in luce stellaꝝ nocte) Nā colūna nobis ꝑ diem ignis ꝑ noctem (transtulit illos ꝑ mare rubrū ⁊ trāsuexit illos per aquam nimiam Inimicos aūt illoꝝ dimersit in mare: et ab altitu. inferorū) id est de profundo maris (eduxit illos Ideo iusti tule. spo. impiorum) viderūt eñ egyptios mortuos sup litt⁹ maris Exod. xiiij. ⁊ spoliauerūt eos armis preciosis: et ſm hebreos ista p̄da fuit maior q̄ illa q̄ p̄us spoliauerūt egyptū vasis aureis ⁊ argenteis (et decantauerūt dñe sctm̄ nomen tuum) dicentes illud canticū Cantemus dño: gl̄iose eñ magnificatus est: equū ⁊ ascēsorē deiecit in mare (⁊ victricē manū tuā). i. potentiā tuam egyptios submergētē (laudaue. pa. do. deus nr̄)

Lingua sapientum ornat sciētiā ⁊c. Añ initiū illius lectiōis habet in eo. c. Rñsio mollis frāgit irā ſmo dur⁹ suscitat furorē. Tūc statim sequit̄ p̄ñs lectio (Lingua sa. ornat sciētiā) qz debito tp̄e ⁊ loco gratiose ꝓponit eā (os fautorū ebu. stul.) qz īpetuose ꝓfert eā. (In omni loco ocu. dñi ꝯtēp. bo. ⁊ malos: lin. placabilis). i. suauis eloquia erga proximū et

piet armaturā zelus illius: et armabit creatnrā ad vltionē inimicorū. Induet pro thorace iusticiā et accipiet A galea iudiciū certū. Sumet scutum inexpugnabile equitatē: ibūt directe remissiones fulgurū: et ad certū locum deducet illos dñs deus noster.

Item alia epistola de plurib⁹ martyribus. Sap. x.

Reddet de⁹ oēm mercedē laboꝝ sctōꝝ suorū ⁊ deduxit illos in via mirabili Et fuit illis ī velamēto diei: ⁊ ī luce stellaꝝ nocte. Trāstulit illos ꝑ mare rubrū ⁊ transuexit illos ꝑ aquā nimiā: inimicos aūt illorū dimersit in mare: et ab altitudine inferoꝝ eduxit illos. Iō iusti tulerūt spolia impioꝝ ⁊ decātauerāt dñe sctm̄ nomē tuū: ⁊ victricē manū tuam laudauerūt pariter dñe de⁹ nr̄

Item alia epl̄a de plurib⁹ martyribus. Prouerbio. xv.

Lingua sapientum ornat sciētiam: os fatuorū ebulit stulticiā. In omni lo

co oculi dñi ꝓtēplant̄ bonos ⁊ malos: lingua placabilis lignuz vite q̄ aūt ĩmoderata est ꝓteret spiritū Domus iusti plurima fortitudo: ⁊ in fructib⁹ impij ꝓturbatio. Labia sapiētū disseminabūt scientiā: cor stultorū dissimile erit: victime impiorū abominabiles dño: vota iustorū placabilia. Qui sequit̄ iusticiam diligetur a domino.

Alia epl̄a de pluri. mar. Prou. x

Expectatio iusto rū leticia: spes aūt impiorū pibit fortitudo simplicis via dñi ⁊ pauor his qui operant̄ malum Justus in eternū non cōmouebit̄ impij aūt nō habitabūt sup terrā. Os iusti parturiet sapientiā: lingua prauorū peribit. Labia iusti ꝓsiderāt placita: ⁊ os impiorū peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos: ⁊ supplātatio puersorū vastabit illos. Justicia rectorū liberabit eos: ⁊ in insidijs suis capientur iniqui. Justus de angustia liberat⁹ est: et tradet̄ impius p eo. Simulator ore decipit amicū suū iusti autē liberabuntur scientia.

dōtioni intēta erga deū ad ipm placandū (lignū vite) qz sicut p lignū vite cōtinebatur vita corpalis: ita p talē linguā vita spiritualis (Que aūt ĩmoderata est). s. ad loquēdū (oteret spiritū) qz ĩ multiloquio nō deerit peccatū (Domus iusti plurima fortitudo) qz dñs ptegit eā (⁊ ĩ fructib⁹) .i. in opibus (impij ꝓturbatio) qz mal⁹ nō pōt habere pacē ad primū: nec etiā ad seipm (Labia sapiētū disseminabūt sciētiā). s. ppl'm docendo (cor stultorū dissimile erit). s. cordi sapiētis et etiā stbijpsi: qz diuersis et varijs cogitatiōib⁹ agitat̄ (victime impiorū abominabiles domino) sic̄ oblatio Cayn: qz fuit ō alieno vel mala volūtate (vota iustorū placabilia (sicut patz de Abel: qz ad abel respexit dñs et ad munera ei⁹ (q̄ seq̄t̄ iusticiā) p̄m eā operādo (diliget̄ a dño) q̄ est regula iusticie.

Expectatio iustorū leticia ⁊c Ante initiū illius lectiōis habet̄ in eo. cap̄. sic. Timor dñi apponit dies: et anni ipiorū breuiabūt̄. Tunc stati seq̄t̄ pñs epl'a. Expectatio iustorū leticia). i. btitudo eterna q̄ hz anne rā leticiā (spes aūt im. pe.). i. p̄sūptio eorū pibit: qz p̄sumūt habere btitudinē sine meritis dicētes. Ne⁹ nō fecit nos ad vānādū sed ad saluādū (fortitudo sim. via dñi) sez ei⁹ iusticia simplices ⁊ rectores p̄miādo (⁊ pauor his q̄ opan. ma.). s. ipios puniēdo (Just⁹ in eternū nō cōmouebit̄). s. a stabilitate virtutis (ipij aūt nō ha. sup terrā) sez viuentiū (os iusti pturiet sapiētiā). s. alios docēdo (lingua pra uorū peribit) Aūt dines epulo ĩ inferno existēs magz crucibat̄ in lingua q̄ in alijs mēbris: vt ptz Lu. xvj. labia iusti cōsiderāt placita. s. deo ⁊ hoībus (et os impiorū puersa). i. blasphemias ꝗ deū ⁊ iniurias cōtra primū. Simplicitas iusto). s. q̄ pcedunt in factis suis sine plica dolositatis (diriget eos) ad beatitudinē (⁊ supplātatio puersorū) q̄ decipiūt simplices (vastabit illos) in pena inferni ⁊ etiā aliq̄s ppt̄ hoc destruunt̄ in vita p̄senti (iusticia rectorū liberabit eos). s. a morte gehēne (⁊ ĩ insidijs suis capiēt̄ iniq̄) sicut iniq̄ iudices insidiātes susanne fuerūt adiudicati morti (Just⁹ ō angustia liberat⁹ est: et tra. impi⁹ p eo) qd̄ ptz de dauid iusto. q̄ fuit in regnū restitutus: ⁊ impi⁹ absolū cū trib⁹ lanceis trās fossus: vtz. ij. Reg. xviij. (Simulator). i. hypocrita q̄ simulat sanctitatē (ore decipit amicū suū). i. illū a quo sperat pmoueri cui adulat̄ (iusti aūt liberabunt̄) sez ab ista deceptiōe (scientia) sez qua discernit̄ inter sciētiatē verā ⁊ fictā

Expositio Justorum

(In bonis iustorũ exaltabiť ciuitas) scz a deo: sicut Ezechias orationibus ⁊ lachrymis suis saluauit ciuitatẽ hierusalem a sennacherib: vtz. iiij. Regꝝ. xix. Similꝝ sctũs Basilij in nouo testa. oꝝone sua ciuitatẽ a Juliano apostata.

Sancti ꝑ fidẽ vicerũt regna operati sunt ⁊c. In hac epistola commemorat apls patientiã ⁊ passiões ⁊ victorias ⁊ fidẽ sanctorũ martyrũ: cui virtute patientes fuerunt ⁊ victores extiterunt: dicẽs. (Sancti ꝑ fidẽ vicerũt regna) sicut patet ĩ martyribus qui vicerũt reges et ꝓsides (operati sũt iusticiã adepti sunt repromissiones) Lygratie in via et glie in ꝓria (Obturauerũt oza leonũ) sicut legitur de Daniele misso in lacum leonũ: et de plib⁹ martyrib⁹ et ꝗginibus Legitur in legẽdis sanctorũ q̃ fuerunt proiecti anre leones ⁊ vrsos: ⁊ tũ manserũt illesi (extinxerũt impetũ ignis) sicut tres pueri missi a Nabuchodonosor in fornacem ignis: quibus ignis nõ nocuit: nec eos in aliq̃ ꝓristauit. Simile etiã legiť de pluribus sanctis martyrib⁹ ⁊ virginib⁹ in nouo testamẽto (Effugauerũt aciẽ gladij). i. exercitum accinctũ gladijs: vt Dauid ⁊ alij multi reges ⁊ ꝓncipes diuino adiutorio vicerunt exercitus magnos et fortes in veteri et etiã in nouo testamento (Cõualuerũt de infirmitate) ꝑ orationẽ ⁊ penitentiã: vt Ezechias Job ⁊ Thobias ⁊c. Siłe legiť de sctis noui testamẽti: q̃ mlti ĩfirmi sũt curati ꝑ orões sctorũ ⁊ ꝑ pniam (Fortes facti sunt in bello:) sicut Josue ⁊ Iudas machabeus cum filijs suis: qui fortiter bellando obtinuerunt terras ⁊ ciuitates (Castra verterũt exterorũ) id est inimicorũ quos verterunt in fugam (acceperunt mulieres) id est matres (de resurrectione mortuos suos). i. pueros suos resuscitatos: sicut ꝑ Heliam et Heliseũ in veteri testamento: ⁊ etiã multi defuncti in nouo testamento resuscitati sunt per christum ⁊ apostolos ⁊ ꝑ alios sanctos: sicut patet in legendis sanctorum (alij aũt distenti sunt) scz seculo et alijs tormentis ꝓpť fidem vnⁿ veri dei. (Mõ suscipiẽtes redemptionẽ). i. non accipiẽtes liberationẽ sicut sanctⁿ Andreas: qui de cruce deponi noluit: et sic de alijs (vt meliorẽ inueniret resurrectionẽ) vt q̃nto grauiora sustinerẽt ꝑ xp̃o tanto gloriosius coronarentur (Alij vero ludibria ⁊ verbera experti: insuper ⁊ vincula ⁊ carceres: lapidati sunt) vt Hieremias ⁊ Zacharias filiⁿ Joiade (secti sunt) sicut Esaias serra lignea ex iussu regꝝ Manasse (tentati sunt). s. ꝓmissionibus ꝓsecutorũ ⁊ blandimentis munerũ: vt ad idolatriã inclinarentur (in occisione gladij mortui sunt) qz multi in veteri testamento nolentes ꝓsentire in idolatriã gladio ꝓcussi sunt. Et oia iam enumerata etiã in nouo testamẽto sanctis martyribus ⁊ etiam virginibus contigerunt ꝓpter fidem domini nostri iesu christi. Post hoc descẽdit ad hemitas ⁊ sanctos qui nõ effuderũt sanguinem suũ ꝓpter fidem catholicam: dicens.

In bonis iustorum exaltabiť ciuitas: et in perditione impiorum erit laudatio.

Item epistola de plurib⁹ martyribus. Hebreo. xj.

Sancti per fidez vicerũt regna: operati sũt iusticiam adepti sunt repromissiones. Obturauerũt oza leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerũt aciẽ gladij: cõualuerunt de ĩfirmitate: fortes scti sunt ĩ bello. Castra verterũt exterorũ: acceperunt mulieres de resurrectiõe mortuos suos. Alij autẽ distenti sunt nõ suscipiẽtes redemptionẽ: vt meliorẽ iuenirẽt resurrectionẽ. Alij ꝗo ludibria ⁊ verbera experti: insup ⁊ vincula ⁊ carceres: lapidati sunt: secti sũt: tẽtati sũt: in oc-

(Circũierũt) ꝑ deserta ⁊ ꝑ mlta mũdi loca (in melotis.) Ubi notãdũ ꝙ melota ẽ aĩal cui⁹ pellis ẽ hispida sicẽ pellis ericij (⁊ ĩ pel libus caprinis) Nã illis pedib⁹ tegebã tur scti. i. hoĩes silvestres viuẽtes ĩ desertis locis sicut helyas ⁊ sctũs Johannes bap. ⁊ sic d̃ alijs (egẽtes). s. necessarijs (angustiati) scz anxietatib⁹ (afflicti) laborib⁹ ⁊ pressuris (quib⁹). i. quoꝝ cõuersatione ⁊ habitatione (dignus non erat mũdus). i. amatores mũdi nõ erãt digni tantoꝝ viroꝝ ꝑsentia (in solitudinibus errãtes: et in mon. ⁊ spe. ⁊ in ca. terre) Spelũce a natura facte sũt. Cauerne arte vl̃ casu facte sũt: talia eñ loca inhabitabãt antiq̃ patres vt eẽnt in loco apto diuine ꝯtẽplationi (⁊ hi oẽs) scz ꝑdicti sci (testimonio fidei). i. fide eoꝝ attestante (ꝓbati). i. probabiles (inuenti sunt in xp̃o Jesu domino nostro.

Ecce sacerd̃ magn⁹ q̃ in dieb⁹ ⁊c̃. Añ initiũ illius lectionis habet̃ sic: Enoch placuit deo ⁊ trãslatus est in paradisum viu⁹. Ubi sciendum ꝙ hic sub nomĩe Enoch designat̃ laus isti⁹ magni sacerdotis ⁊ ep̃i: cuius festũ hodie in eccl̃ia ꝑagit̃ cũ d̃r: (Ecce sacerdos magn⁹ q̃ in dieb⁹ suis pla. deo: ⁊ inuent⁹ est iust⁹: ⁊ in tpe iracũdie fact⁹ est recõ.). i. cã recõciliatiõis diuine (nõ est inuentus sil̃is illi) in gl̃ia. s. in opeꝝ ꝟtnoso (q̃ cõseruaret legem excelsi). s. legẽ naturalem menti humane impssam (iõ iureiurando fecit illũ dñs cre. in ple. suã) Ly. hoc ꝓprie dictũ est de Abraã: vt habet̃ Geñ. xxij. Per memetip̃m iuraui dicit dñs: qꝛ fecisti hanc rem: ⁊ non pepcisti vnigenito tuo ꝓpt̃ me: benedicã tibi: ⁊ multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas celi et sicut harenã q̃ est in littore maris ⁊c̃. sed hic attribuit̃ illi sctõ cõfessori cui⁹ festum hodie ꝑagim⁹ (bñdictio. oĩm gẽtiũ dedit illi). i. dñs gratiosuz eũ feci in cõspectu oĩm gẽtiũ inter quas habitauit (⁊ testamentũ suum). i. pactũ (confirmauit sup caput ei⁹ cognouit eũ in benedictionib⁹ suis) id ẽ approbauit tãq̃ dignũ suis bñdictiõibus (cõseruauit illi miscdiaz suã: ⁊ inuenit gratiã corã oculis dñi: magnificauit eũ in cõspectu regum: ⁊ dedit illi coronam gl̃ie. Statuit illi testamẽtũ sempiter. ⁊c̃.). i. ꝑncipẽ sacerdotũ (⁊ btĩficauit illũ in gl̃ia. Fungi sacerdotio: ⁊ habere laudẽ in noĩe ipsius. Et offerre illi incẽsuz dignum in odorem suauitatis.

cisione gladij mortui sunt. Circũierũt in melotis ⁊ ĩ pellib⁹ caꝑnis. Egentes: angustiati: afflicti q̃b⁹ dign⁹ nõ erat mũdus: in solitudinib⁹ errãtes: ⁊ mõtib⁹ ⁊ spelũcis ⁊ in cauernis terre. Et hi oẽs testimonio fidei probati inuenti sunt in christo iesu dño nr̃o.

Epistola de vno cõfessore ⁊ põtifice. Eccl̃i. xliiij.

Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo: ⁊ inuẽtus est iust⁹ ⁊ in tẽpore iracũdie fact⁹ est recõciliatio Nõ ẽ inuent⁹ sil̃is illi: q̃ ꝯseruaret legem excelsi. Jdeo iureiurando fecit illũ dñs crescere in plebẽ suã. Bñdictionẽ oĩm gentiũ dedit illi et testamentũ suũ confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: cõseruauit illi misd̃iam suã: ⁊ inuenit gr̃am corã oculis dñi. Magnificauit eũ in cõspectu regũ: ⁊ dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum eternũ: ⁊ dedit illi sacerdotiũ magnũ: ⁊ beatificauit illũ in gl̃ia. Fũgi sacerdotio: ⁊ habere laudez in noĩe ipsi⁹. Et offerre illi incensum dignũ in odorem suauitatis.

De vno confessore Epistola

Dilectus deo ⁊ homib⁹ ⁊c. In verbis huius lectionis quo ad litterā cōmēdatus est moyses a puericia sic fuit gratiosus vt esset diligibilis omnib⁹: propter qd̄ filia regis in puericia ipsius eum in filium adoptauit vt habet Exod. ij. Et hic sub nomine ipsius moysi designat laus istius sancti cōfessoris cuius festum hodie in ecclesia peragit: cum dicit: (Dilect⁹ deo ⁊ hominib⁹ cuius memoria in benedictione) Lyr. in omni bono. (Similem illum fecit ī gloria sanctorum). s. videndo diuinā essentiam: sicut dicit Augustin⁹ ad Paulinū de videndo deū (et magnificauit ad euz in timore inimicorum) id est egyptiorum inter quos fuit magnus valde (⁊ in verbis suis mōstra placauit) quia plage egypti monstruose cessauerūt ad ei⁹ orationem (Glorificauit illum in cōspectu regum) scz Pharaonis regis egypti et seon et og: vt habetur Nume. xx. (et iussit illi corā populo suo) scz in mōte synai: vbi populus loquentē audiuit: vt habet Exo. xx. (et ostendit illi gloriā suā) scz in visione per essentiam (in fide) id ē in fidelitate: fuit em̄ valde fidelis (et lenitate ipsius.) Unde dicitur Nume. xij. Erat em̄ Moyses vir mitissimus super om̄es homines qui morabant in terra (sanctum fecit illum). i. mundū ⁊ firmū (et elegit eum ex omni carne) scz ad educendū filios Israel de egypto: ⁊ vt esset legislator veteris testamenti (Audiuit em̄ eū ⁊ vocē ipsius). s. de p̄cantē pro relaxatione peccati israel in fabricatione vituli: vt ptz Exo. xxxij. (⁊ induxit illū in nube: ⁊ dedit illi cor ad p̄cepta) id est dei opa adimplenda ⁊ alijs dicēda (⁊ legē vite et discipline)

Item alia epistola de vno confessore. Eccl. xv

Dilectus deo et hominibus cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum: et magnificauit eum in timore inimicorum: ⁊ in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illum in cōspectu regum: ⁊ iussit illi corā populo suo: et ostendit illi gloriam suam: in fide ⁊ lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum ⁊ vocem ipsius: ⁊ induxit illū ī nube. Et dedit illi cor ad p̄cepta ⁊ legem vite ⁊ discipline.

Item alia epistola de vno confessore. Sapien. x.

Iustum deduxit dn̄s p vias rectas: et ostendit illi regnū dei: et dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illū

Iustum deduxit dn̄s per vias rectas: ⁊ ostēdit illi regnū dei ⁊c. In verbis huius lectionis cōmendatus est Iacob pater filioꝝ isrl: q̄ iustus fuit in mesopotamiā iuit fugiens iram fratris sui Esau: vt habet Gen̄ xxvij. Et hic sub nomine iacob designatur laus istius sancti cōfessoris cui⁹ festū hodie celebrat: cum d̄r (Iustum deduxit dn̄s p vias rectas: ⁊ ostendit illi regnuz d̄i) scz qn̄ vidit scalā cui⁹ summitas tāgebat celos ⁊ dn̄m innixum scale: vt patz Gen̄. xxviij. Tūc ei habuit reuelationez de supna hierl'm: id circo euigilās dixit: Nō est hic aliud: nisi dom⁹ dei ⁊ porta celi (⁊ dedit illi sciētiā sctōꝝ). i. noticiā de sctis angelis q̄s vidit ascēdētes ⁊ descēdentes p illā scalā (Honestauit illū in la.) id est reddit eū diuitē ⁊ inclytū pro laboribus suis in custodiēdis ouib⁹ laban auunculi sui: vt ptz Gen̄. xxx. Ditatus est hō ille vltra modum ⁊c. (et compleuit labores illius:) quando deo protegente recessit de mesopotamia cū vxorib⁹ et liberis ⁊ diuitijs suis (in fraude circūueniētiū illi affuit)

id est Laban et filiorũ suorũ: qui nitebantur eum decipere: mutãdo frequẽter mercedẽ suam: vt patz Geñ. xxj. illa affuit multiplicando greges: que ſm pactum debebant cedere in mercedem Jacob (et honestum fecit eum) ditando eum temporalibus et spiritualibus diuitijs (et custodiuit eum ab inimicis: et a seductoribꝰ tutauit illum.) id est a laban et eiꝰ filijs in sequentibꝰ Jacob recedentem ad spoliandum eum vt habetur Genesis xxxj. (et certamẽ forte dedit illi) scilicet cum angelo luctanti: vt habetur Genesis. xxxij. (vt vinceret: et sciret quoniã omniũ potentior est sapientia) scz Esau fratrem suuz proprium sibi aduersantẽ: ad hoc enim fuit illa luctatio: vt Jacob assecurareť de victoria cõtra Esau quem nimis timebat: idcirco dixit sibi angelus. Si contra deum fortis fuistis: quãtomagis cõtra homines preualebis. Post hoc ponit aliud exemplum de Joseph quem vendiderunt fratres sui Jsmaelitis dicens: (Hec venditũ iustum) scz Joseph (nõ dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum:) id est a fratribns suis eum occidere volentibus (descẽditq; cum illo in foneam). i. in carcerẽ regis egypti: vt patet Geñ. xxxix. Unde dicitur ibidem. Fuit autem dominus cum Joseph: deditq; ei gratiam in conspectu principis carceris (ꝛ in vinculis non dereliquit eũ donec offerret illi sceptrum regni) id est dominationem in regno egypti post regem immediate. vt patet Genesis. xlj. (et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant) scilicet super Phutifar et vxorem eius quibus superior factus fuit (et mendaces ostendit qui maculauerunt illum) scilicet imponendo sibi iniuste adulteriũ. Nã malicia mulieris fuit detecta (et dedit illi claritatẽ eternaz) scilicet bone fame q̃ manet adhuc: manebit vsq; in finem (dominus deus noster.)

in laboribus: et cõpleuit labores illius. In fraude circũueniẽtium illi affuit: ꝛ honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis: et a seductoribus tutauit euz. Et certamen forte dedit illi vt vinceret: et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditq; cum illo in foueã: ꝛ in vinculis non dereliquit eum donec afferret illi sceptrum regni: ꝛ potentiam aduersus eos qui eũ deprimebant. Et mẽdaces ostẽdit qui maculauerunt illum: et dedit illi claritatem eternam dominꝰ deus noster.

Item alia epistola de vno confessore. Sap̃. vij.

Optaui et datꝰ est mihi sensus: ꝛ inuocaui: ꝛ venit in me spiritus sapiẽtie.

¶ Postilla

Optaui et datus est mihi sensus et inuocaui: et venit in me spiritus sapiẽtie ꝛc. Sapien. vij. Ante initium illius lectionis dicit rex salomõ sic. Nemo ex regibꝰ aliud habuit natiuitatis initium. Unus ergo introitus est omnibus ad vitam et similis exitus. Tunc sequitur presens lectio. Salomon desiderauit a deo sibi dari sapientiam dicens. (Optaui) scilicet sapiẽtie donum (et datus est mihi sensus) id est donum sapientie et intellectus (ꝛ inuocaui et venit in me spiritus sapientie.) id est spiritussanctus qui dat sapientiam: (et preposui illam regnis et sedibus: ꝛ diuitias nihil esse dixi in comparatione illius: nec comparaui illi lapidem preciosum quoniam omne aurum in comparatione illius harena est exigua: et tanquã lutum estimabitur argentum in conspectu illius)

Et rō est: qꝛ diuitie tpales cōes sūt bonis ⁊ malis: ⁊ freq̄nter cōcedunt̄ malis plusq̄ bonis: vt ptz ad sensuz: sapīa aūt vera de q̄ hic fit sermo: solis bonis cōcedit̄. Ideo bona exteriora respectu ipi⁹ vere sapiētie nullius valoris sunt reputanda (sup salutē ⁊ speciem) .i. sup sanitatē corpis et ei⁹ pulchritudinē (dilexi illā.) qꝛ sanitas ⁊ pulchritudo sunt ꝑfectōes corpis: sapientia vo ꝑfectus est mētis: ⁊ ideo quāto aīa est melior corpe tanto sapientia est illis p̄ferēda (⁊ ꝓposui ꝑ luce habere illam) qꝛ sicut lux corporalis dirigit ī corporalib⁹ sic sapientia in spiritualibus: (qm̄ inextinguibile est lumē illius: venerunt aūt mihi om̄ia bona parit̄ cū illa) qd̄ ptz iij. Reg. iij. vbi dr̄ q̄ Salomon petendo sapientiā a dño nō solū illā obtinuit: sz etiā cū illa diuitias et honores sup oēs reges (et innumerabilis honestas ꝑ man⁹ illius) id est per opa ipsius que per manus designatur eo q̄ manus est organum organoꝝ vt ptz .iij. li. de aīa (⁊ letatus suz in oīb⁹: qm̄ aūcedebat me ista sapīa.) oñdēdo mihi q̄liter agere deberē (⁊ ignorabā) .s. tāq̄ ipāz haberē (qm̄ hoꝝ oīm mater est) scz ipa habita cognoui (quoniam sine fictione didici) scz a deo a quo ipsam deuote postulaui: vt patz .iij. Regū .iij. Et a nathan propheta cui fui traditus ad erudiendū (et sine inuidia cōtco) vbo dei vl̄ scripto. Scripsit em̄ multos libros ad nostrā eruditionē (⁊ honestatē illius nō abscondo) Nā oēs reges circūquaq̄ desiderabāt āudire sapiētiā salomōis (infinitus eī thesaur⁹ ē hoīb⁹) .i. inappc̄iabil̄ (quo q̄ vsi sūt) opa sapientis exercendo (ꝑticipes facti sunt amicitie dei) .s. tāq̄ cōformes ei in opib⁹ suis: q̄ cōformitas cā est dilectiōis. vt ptz Ecc̄i. x ij. Om̄e aīal diligit sibi simile

Et preposui illā regnis ⁊ sedibus ⁊ diuitias nihil esse dixi incomparatione illi⁹. Nec cōparaui illi lapidem p̄ciosum: qm̄ omne auꝝ in comparatione illius arena est exigua: ⁊ tanq̄ lutū estimabit̄ argentū in conspectu illius. Super salutem ⁊ speciē dilexi illā: et ꝓposui pro luce habere illā: quoniam inextinguibile est lumē illi⁹. Venerunt aūt mihi oīa bona pariter cū illa: ⁊ innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sum in omnibus quoniā antecedebat me ista sapiētia: ⁊ ignorabam qm̄ horum omniū mater est. Quoniā sine fictione didici: ⁊ sine inuidia cōmunico et honestatē illi⁹ nō abscōdo. Infinit⁹ em̄ thesaur⁹ ē hominib⁹ quo q̄ vsi sunt ꝑticipes facti sunt amicitie dei.

Epistola de vno confessore et pontifice. Ad Hebre. v.

Omnis nāq̄ pōtifex ex hoīb⁹ assumptus pro hominibus cōstituit̄ in his q̄ sunt ad deuz vt offerat dona et sacrificia pro pctis. Qui condolere

Omnis nāq̄ pōtifex ex hoī. ⁊c. Aū initiū illi⁹ epl̄e scribit sctūs paulus dicēs: Nō em̄ habemus pōtificē q̄ non possit cōpati infirmitatib⁹ nr̄is: tēptatū aūt ꝑ oīa. Adeam⁹ ergo cuz fiducia ad thronū gratie ei⁹ vt misericordiā ꝯsequamur ⁊ gr̄am īueniam⁹. Tunc seq̄t̄ pñs epl̄a (Oīs nāq̄ pōtifex) Glo. s̄m legē: (ex hoīb⁹) .i. de numero hoīm (assumptus) non introductus (pro hoīb⁹) scz saluādis (cōstituit̄) vt per euz a deo impetrent misericordiam: debet em̄ eē mediator dei ⁊ hoīum (ī his q̄ sūt ad deū) Ly. in spūalib⁹ ⁊ diuinis (vt offe. do.) id ē volūtarie oblata: nō violenter extorta (⁊ sacrificia ꝑ peccatis) scz populi (qui condolere possit his qui ignorāt ⁊ errant) .i. qui

peccāt ex infirmitate (qm̄ ⁊ ip̄e) scz pōtifex (circūdatus est infirmitate) Ly. debet em̄ pontifex moueri ad cōpassionē ⁊ misericordiam ex consideratione ꝓprie fragilitatis. vñ ⁊ dñs ꝑmisit beatū petrū in peccatū cadere: vt sciret alijs cōpati ex cōsiderationibus proprij delicti (Et ꝓpterea) scz quia infirmus est et in miserijs circūdatus (debz quemadmodū pro populo) sibi subdito (ita etiā et ꝓ semetipso offerre dona pro pctis) scz suis dimittendis sicut et pro peccatis populi (Nec q̄sq̄ sibi assumat honorē) scz pōtificatus (sz q̄ vocatur a deo tanq̄ aaron) Ille enim a deo vocatur qui debito modo instituit (Sic ⁊ christus nō semetipsum clarificauit ita vt pontifex fieret) scz assumendo sibi honorem pontificatus: (sed qui locutus est ad eū): scz pater qui clarificauit ipsum filium dicēs: (Filius me⁹) scz naturalis non adoptiuus (es tu) singulariter (ego hodie) id est in eternitate (genui te) ille qui sic locutus est ad eū clarificauit eū (quēadmodū ⁊ in alio loco dicit) id est in Ps. cix (Tu es sacerdos in eternum). nō ad tempus sicut aaron (ꝑm ordinem melchisedech:) Id est ꝑm dignitatem et ritum ordinis sacerdotalis melchisedech.

posset his qui ignorāt ⁊ errāt qm̄ ⁊ ip̄e circumdatus est infirmitate ⁊ ꝓpterea debet quemadmoduz ꝓ ppl̄o: ita etiam pro semetip̄o offerre dona ꝓ pctis: nec quisq̄ sibi assumat honorem: sed qui vocat̄ a deo tanq̄ aaron. Sic ⁊ christus non semetip̄m clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te: quemadmodū et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in eternū ꝑm ordinē melchisedech.

Epistola de virginibus. ij. Corinth. x. et. xj.

Qui gloriat̄ in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat ille probat⁹ est: sed quem deus cōmendat. Hic incipit vndecimū capitulum. Utinaz sustineretis modicum quid insipientie mee: sed ⁊ supportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo:

Alia epistola de virginibus. j. Corinth. vij.

Qui gloriat̄ in domino glie̅t. Nō em̄ q̄ seip̄m ⁊c̄. Añ initiū illi⁹ epl̄e scribit sctūs Paulus in eo. ca. dicens: Non audemus nō inserere aut cōparare quibusdam qui seipsos cōmendant. Tunc sequit̄ presens epistola: (Fratres: Qui gloriat̄.) Gorra. siue ego siue alius (in dño glie̅t) Lyra. q. d. de bono opere non mihi gloriā attribuo: sz deo a quo omne bonuz est sicut a principali agente (Non enim qui seipsum commēdat) scz ꝓpriam gloriam querens: (ille probatus est (id est approbatus a deo: (sed quem deus cōmendat) Lyr. id est cōmendabilem facit virtutibus.

¶ Hic incipit vndecimū capitulū (Utinā sustineretis modicum quid insipiētie mee) Gor. q̄ modicum gloriarer de regimine meo quia reuera plus possem gloriari: qd̄ tñ ꝑm estimationem indiscretoruz reputat̄ insipientia (sed et supportate me) Gorra. id est patiēter audite sicut subditi prelatum suum. (emulor em̄ vos). Ly. id est feruēter diligo (dei emulatione). i. charitatiua dilectione: (despondi em̄ vos) scz ānulo fidei (vni viro) scz xp̄o (virginē) Ly. q̄tum ad fidei integritatem (castam) q̄tum ad vite puritatez (exhibere xp̄o) qui solus est sponsus ecclesie.

De virginibus Epistola

De virginibus p̄ceptū non habeo ꝛc̄. Aūn initiū illi⁹ epl̄e scribit sctūs Paulus in eo.ca. Sctīficat⁹ est vir fidel' ꝑ mulierē fidelē. Tūc sequit̄ pn̄s epl̄a q̄ legit̄ in missa de virginibus. (Frēs: de virginibus p̄ceptū non habeo) Hor. s. vt ꝯtineāt vl' nubāt (ꝯsiliū āt do) Ly. tāq̄ de meliori bono. s. de ꝯtinēdo (tāq̄ miscōiam ꝯsecutus a deo) Hor. i. apl'atū mihi misericorditer ꝯcessuz (vt sim fidelis) in dispēsatione mihi credita vn̄ credendū est mihi in consisijs vnde ex hoc habet̄ q̄ acq̄escendū est consilio p̄lati: (Existimo em̄ hoc esse bonū) Hor. scz manere in virginitate (ꝓpter instantem necessitatē: qm̄ homini bonū est sic esse) Ly. s. ad vitandū occupationē circa necessaria vite p̄sentis: q̄ incūbit cōiugatis circa prouisionē vxoris et ꝓlis ꝑ quā hō retrahit̄ a bono cōtēplationis ꝛ diuine dilectiōis. (Alligatus es vxori noli querere solutionē) Ly. quia forsitan caderes per incōtinentiā: experti eī delectationē venereorū in actu coniugali: reuertunt̄ ad eā de facili (solut⁹ es ab vxore noli q̄rere vxorē) si vis ꝯtinere qd̄ mai⁹ est bonū (si aūt acceperis vxorē nō pec.) Ly. qz hoc est licitū viro et etiā mulieri (ꝛ si nupserit v̄go nō pecca.) ꝛ hoc manifeste est cōtra illos hereticos q̄ condēnant matrimoniū (tribulationem tamen carnis habebūt hmōi) Horra. s. cōiugati: qz habebūt sollicitudinem ꝛ affectionem pro rebus necessarijs procurandis et sibi ꝛ pueris suis. Vn̄ leuius est eē sine cōiugio (ego aūt vob̄ par.) Lyra. q. d. nō solū ostēdā vob̄ viā ꝑfectionis q̄ difficilis est in obseruātia v̄ginitatis: sz etiā matrimoniū concedo: ad qd̄ licite potestis accedere cōdescēdēdo in hoc infirmitati vr̄e (hoc itaq̄ dico frēs tp̄us breue ē) Lyr. s. vite hūane: ꝗ q̄libet debet inq̄tū pōt ad ꝑfectionē conari q̄diu hz tp̄s merendi (Reliquū ē). i. hoc solū: restat ad agendū (vt q̄ habēt vxores tāq̄ nō habētes sint) Lyr. qd̄ fit dupliciter. Uno mō vt reddāt debitū nō tn̄ exigāt. Alio mō ꝑfectus vt vterq̄ cōiugium de cōi cōsensu incipiāt ꝯtinere propter maius bonum adipiscendū (et qui flent). i. tristicie materiā hn̄t q̄ frequētius ꝯtingit ī matrimonio ꝓpt̄ varios casus ꝯtingētes circa cōiugem ꝓlem ꝛ familiā (tāq̄ nō flētes) scz patientes sustinēdo: ex spe retributionis et̄ne ꝯsolationē recipiēdo. (et qui gaudēt). i. materiā gaudendi habent ex aliq̄ tp̄ali ꝓsperitate circa se ꝛ ꝓlem vel familiā ꝯtin gentē (tāq̄ nō gaudētes) cogitando q̄ nō est multū gandendū nisi de bonis spūalib⁹ ꝛ et̄nis: ꝓsperitas em̄ tp̄alis frequēter vergit magꝭ ī nocumētū (et q̄ emūt tāq̄ pos.) Ly. cogitādo q̄ non habemus h̄ manentē ciuitatē sz futurā inq̄rim⁹ (ꝛ q̄ vtū. hoc mū.) ly. i. q̄ pn̄t vti bonis huius mūdi: eo q̄ sūt diuites ꝛ corꝑe sani (tāq̄ nō vtār) scz accipiēdo de bonis pn̄tib⁹ q̄to min⁹ p̄t fieri: salua tn̄ decētia stat⁹ ꝛ ꝑ

De virginibus p̄ceptum non habeo: cōsilium aūt do tanq̄ misericordiam consecutus a deo vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonū esse propter instantem necessitatem: qm̄ homini bonū est sic esse. Alligat⁹ es vxori noli querere solutionem. Solut⁹ es ab vxore: noli querere vxorem. Si aūt acceperis vxorem non peccasti. Et si nupserit virgo nō peccauit. Tribulationē tamē carnis habebūt hmōi. Ego autez vob̄ parco: hoc itaq̄ dico fratres Tēpus breue est. Reliquū est vt qui habēt vxores tanq̄ nō habentes sint: et qui flent tanq̄ nō flentes: ꝛ qui gaudent tanq̄ nō gaudentes: et qui emunt tanq̄ non possidentes: et qui vtuntur hoc mundo: tanq̄ non vtantur. Preterit enim figura huius mundi.

sonaꝝ (ꝑterit eñ figu. huiꝰ mũ.) q.d. mũdana q̃si nihil estimãda sũt (qꝛ ꝑte. fi. huiꝰ mũdi) Ly. i. exterioꝛ pulchꝛitudo q̃ est in ꝯtinua variabilitate: idcirco parũ curandũ est ꝺ bonis ꝑñtꝭ vite: qꝛ nihil est hic stabile (volo ãt vos si. sol. esse) Ly. loq̃ndo de sollicitudĩe suꝑflua spũalia ĩpediente (q̃ aũt sine vxoꝛe ẽ sollicitꝰ est q̃ dñi sũt quõ pla. deo). i. hꝫ aptitudinẽ vt sit sollicitꝰ de bonis spũalibus ꝛ eternis (q̃ autẽ cũ vxoꝛe est). s. in mr̃imonio (sollicitꝰ ẽ q̃ sũt mũ. ꝛc̃.) et ĩ hoc casu vir põt se sollicite oꝛnare (ꝛ diuisus est). i. ꝑtim seruiens mũdo: ꝑtim deo q̃ꝫtũcunq̃ bñ viuat in mr̃imonio (et mlier ĩnupta). i. vidua (et ꝟgo cogitat). i. maioꝛẽ facultatẽ hꝫ cogitãdi (q̃ dñi sũt). s. spũalia et eterna (vt sit sctã). i. magis q̃ꝫ nupta (coꝛpe). i. coꝛporalibꝰ bonis actionibꝰ ꝛ oꝑis bonis (ꝛ spũ). i. spũalibus actiõibꝰ ꝛ ꝟtutibꝰ) (ĩ xp̃o iesu dño nr̃o

Uolo autẽ vos sine sollicitudine esse. Qui aũt sine vxoꝛe est sollicitus est q̃ dñi sũt quõ placeat deo. Qui aũt cũ vxoꝛe est sollicitꝰ est q̃ sũt mũdi quõ placeat vxoꝛi: ꝛ diuisus est. Et mulier innupta ꝛ virgo cogitat q̃ dñi sunt: vt sit sancta coꝛpe ꝛ spũ in xp̃o iesu dño nr̃o

Item alia epistola de virginibus. Ecc̃i. lj.

Confitebor tibi dñe rex ꝛ collaudabo te deum saluatoꝛẽ meũ. Cõfitebor noĩ tuo: qm̃ adiutoꝛ ꝛ ꝓtectoꝛ factꝰ es mihi: ꝛ liberasti coꝛpꝰ meũ a ꝑditione. A laqueo lingue iniq̃: ꝛ a labijs operantiũ mẽdaciũ: ꝛ in ꝯspectu astãtiũ factꝰ es mihi adiutoꝛ. Et liberasti me ꝟm multitudinez miscꝺie noĩs tui: a rugiẽtibꝰ ꝑparatis ad escã: de manibꝰ querẽtiũ aĩam meã: ꝛ de poꝛtis tribulationũ q̃ circũdederũt me: a ꝑssura flãme q̃ circũdedit me: ꝛ ĩ medio ignis nõ suꝫ estuata. De altitudine ventris inferi ꝛ a lingua coinq̃nata: ꝛ a ꝟbo mendacij: ꝛ a rege iniq̃ ꝛ a lingua iniusta liberasti me.

Confitebor tibi domĩe rex ꝛc̃. Añ initiũ illiꝰ lectionis habeꝛ sic. Doctrinã sapiẽtie et discipline scripsit ĩ codice isto iesus filius syrach hierosolymita. Beatus qui versaꝛ in istis bonis: q̃ ponit illa in coꝛde suo sapiẽs erit. Tũc sequiꝛ lectio ꝑsens q̃ legiꝛ pro epl'a in missa de virginibus (Confitebor tibi dñe) Lyr. oĩm rerũ per creationẽ (rex) ꝑ eoꝛũ gubernationẽ (et collauda. te deũ salua. meũ) ꝑ spẽalẽ mei ꝓtectionẽ (cõfitebor noĩ tuo). s. cõfessiõe laudis (qm̃ adiutoꝛ ꝛ ꝓte. fa. es mihi). s. ꝓteetoꝛ in tẽtatiõe diaboli: ꝛ adiutoꝛ ĩ ꝓmotiõe boni (et libe. coꝛ meũ a ꝑditiõe). i. a vitio gule et luxurie (a laqueo lin. iniq̃.). i. a vitio detractionis) ꝛ a la. ope. mẽdacij). s. perniciosũ (ꝛ ĩ cõspectu astãtiũ). s. angeloꝛũ q̃ tibi astãt (factꝰ es mihi adiutoꝛ) cõtra hostes coꝛpales et spirituales (ꝛ liberasti me ꝟm multitudinem misericoꝛdie noĩs tui a rugiẽ. ꝑpara. ad escã. de mani. querẽ. ani. meã) qꝛ diabolꝰ tanq̃ leo rugiens circuit querens quem deuoꝛet j. Peꝛ. v. (ꝛ de poꝛtis tribulationum q̃ circũdederunt me a pressura flãme) scilꝫ incẽsiuarum libidinis (que circũdedit me). s. per fomitem existẽtẽ ĩ carne mea (ꝛ in medio ignis) scꝫ libidinosi ardoris (nõ sum estuata. De altitudĩe). i. ꝓfunditate (vẽtris infert). s. in q̃ ꝑte sunt dãnati: sed ad lymbũ patrum descẽdebãt tũc sctĩ (et a lingua coinq̃.). i. verbis scurrilibꝰ ꝛ immũdis (ꝛ a ꝟbo mẽdacij) scꝫ ꝑniciosi (a rege iniq̃). i. a diabolo: qui est rex suꝑ oẽs filios suꝑbie (et a lingua iniusta). i. calũniante alios sine cã (libe. me) ꝟm multitudinẽ miscꝺie noĩs tui.

De Virginibus Epistola.

Sapientia vincit maliciā ꝛc̄. Añ initiū illi⁹ epl̄e siue lectiōs scribit Salomon sic. Neminē em̄ diligit de⁹ nisi eū qui cū sapiētia inhabitat ꝛc̄. Tūc sequit̄ pñs lectio (Sapīa) scz eterna (vincit mali. Attingit ḡ a fi. vsq; ad fi. fortiter) scz oīa creata penetrādo suavirtute (ꝛ disponit omnia suauiter) qꝛ dat oībus creaturis formas et inclinatiōes per q̄s mouēt naturaliter actus suos: sicut lapidi grauitatē ꝑ quā naturalit̄ tendit deorsum. (hanc amaui). s. singulariter (ꝛ exq̄siui eā a iuuētute mea). s. petēdo eam a deo mihi dari (ꝛ q̄siui mi. eaz spon. assumere) id ē ei⁹ meditatiōib⁹ inseparabiliter adherere. (ꝛ amator fact⁹ sum forme illi⁹.) Est em̄ decor aīe assimilās decori creatoris (generositatē illi⁹ glorificat). i. gloriosaz ꝯfitet̄ (cōtuber. hñs dei). i. hō hñs contuberniū dei ꝑ charitatē: ꝑ quā homo manet in deo ꝛ de⁹ ī eo (sz ꝛ dñs oīm dilexit eā). s. inquātū ipsa facit hoīes deo diligibiles (doctrix est em̄ disci. dei) naz donū sapientie facit habentē subdere se mandatis diuinis: (ꝛ electrix operum illius) Nam per ip̄am elegit homo opera deo placita.

Alia epistola de virginibus. Sapientie. viij.

Sapientia vincit maliciā. Attingit ergo a fine vsq; ad finē fortiter et disponit oīa suauiter. Hāc amaui ꝛ exq̄siui eā a iuuētute mea: ꝛ q̄siui mihi eā sponsam assumere: ꝛ amator fact⁹ sum forme illius. Generositatē illius glorificat cōtuberniū habēs dei. Sed ꝛ dñs oīum dilexit eam. Doctrix est enim discipline dei: ꝛ electrix operū illius.

Alia epl̄a q̄ legit̄ in missis cōibus ꝑ defunctis. Apocal̄. xiiij.

In diebus illis: Audiui vocē de celo dicentē mihi. Scribe beati mortui q̄ in dño moriunt̄. Ammodo iam dicit spūs vt requiescāt a laborib⁹ suis Opa em̄ illoꝝ sequunt̄ illos.

Alia epl̄a que legit̄ in p̄sentia defuncti. j. Thessa. iiij.

Nolumus autē vos ignorare frēs de dormientibus: vt non contristemini sicut et ceteri qui spem nō habent

In diebus illis. Audiui vocē de celo dicentem mihi (Scribe) tanq̄ rem nobilissimā. (Bti mortui q̄ in dño moriunt̄) Ly. in cōfessione dñi nr̄i iesu xp̄i (Ammōiā dicit spūs) scz spūs q̄ cuz ꝑ atre et filio ē vnus de⁹ (vt requie. a labo. suis) nā ī beatitudine appetit⁹ totaliter q̄etabit̄ (opa em̄ illoꝝ) scz q̄ sunt meritorie vite eterne (sequunt̄ illos) scz ī beatitudine quā recipiūt ꝑ ipsis.

Nolumus autē vos ignorare frēs ꝛc̄. Añ initiuz illi⁹ epl̄e scribit sanctus Pau. ī eo. c. di. Rogam⁹ vos frēs vt honeste ambuletis ad eos qui foris sūt ꝛ nulli⁹ aliq̄d desideretis. Tunc statim sequit̄ pñs epl̄a (Nolum⁹ vos ignorare frēs de dormiētib⁹) Gor. i. de mortuis quos dormientes appellat ꝓpt̄ resurrectionē facultatē: ita em̄ d̄ facili excitabūt̄ de morte sicut dormiētes a somno (vt nō ꝯtristemini) incōsolabiliter d̄ morte amicoꝝ (sicut et ceteri) scz infideles (qui spem nō habēt) scz resurrectionis future. Sciendū ꝙ infideles q̄ nō habent fidē resurrectiōis: nares habēt magnā causam amicos defunctos lugēdi q̄si incōsolabilit̄: nō aūt sic christiani q̄ habēt spem resurgēdi ꝓpter qd̄ rep̄hēsibile est christianis īmoderate mortuos lugere qꝛ in hoc assimilant̄ infidelibus spem future resurrectiōis nō habētibus. Luge

re aũt defunctos moderate est opus pietatis (Si eñ credimus ꝙ iesus mortuus est et resurrexit (Si ꝓ quia: nam ad articulos fidei ꝑt inet credere Jesum vere mortuum fuisse ⁊ vere surrexisse (ita ⁊ deus) scz pater qui suscitauit iesum (eos qui dormierũt) scilz somno mortis (per iesum) id est in fide iesu christi (adducet) scz vt sint in eadem beatitudine ⁊ ĩmortalitate (cum eo) id est cum christo. Unde Joh. xij. Uolo pater vbi ego sum illic sit minister meus (Hoc eñ vobis dicimus in verbis domini) scz qđ docuit nos (qꝛ nos qui viuimus) Gor. id est qui tunc viuemus (qui residui sumus) scz adhuc viui relicti ceteris iaz mortuis (in aduẽtu dñi) scilz ad iudiciũ (nõ preueniemus) Lyra. in resurrectione futura (eos qui dormierũt) id ẽ longo tẽpore ante mortui sunt: quia resurrectio fiet virtute diuina que operaẽ in instanti. qnia in momento: in ictu oculi resurgẽt mortui (quoniã ipse dñs) scz in propria ꝑsona (in iussu) Gor. i. imperãdi potestate: nõ in humilitate sicut in ꝑmo aduentu. Non eñ equabit sup asinam nõ portabit crucẽ in dorso suo. vt ptz Math. xxiij. Uidebũt filiũ hoĩs venientẽ cum potestate magna ⁊ maiestate (⁊ in voce archangeli). i. facta ministerio alicui⁹ archangeli q̃ diceẽ. Surgite mortui venite ad iudiciũ (⁊ in tuba dei). i. christi: Et vocat vocẽ illam tubam ꝓpter sonũ eius terribilẽ (descẽdet de celo) localiter in aere. Naz iudicab. in forma humana: sicut dicit Act. j. Hic Jesus qui assumptus est a vobis in celuz ⁊c. (⁊ mortui qui in christo sunt) id est in eius fide mortui (resurgent primi) tempore ꝑm quosdam: ꝑm alios nõ tempore sed dignitate (deinde nos q̃ viuimus) Gor. i. illi de nobis q̃ ceteris mortuis tunc viui erũt (q̃ relinq̃mur) id est qui residui ab antichristi ꝑsecutione erim⁹ (simul) cuz illis qui nos ad requiẽ ꝑcesserũt (rapiemur in nubib⁹) scz ab angelis (obuiaz christo) Ly. scz venienti ad iudicium. (in aera) vbi ꝓfert sententiã iudicij super vallẽ Josaphat Uñ Johel. iij. Congregabo oñes gentes et deducam eas in vallem Josaphat qꝛ ibi sedebo vt iudicem omnes gentes (et sic semꝑ cum dño erimus) qꝛ electi a christo nõ separabunt amplius sed semꝑ erunt sibi coniuncti: nõ solum in anima: sed etiam in corpore (Itaq̃ cõsolamini) Glo. ordi. scz de morte amicoꝝ (inuicem) scz alter ad alterũ (in verbis istis) scz de resurrectione fideliũ.

Si eñ credimus ꝙ iesus mortuus est ⁊ resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc eñ vobis dicim⁹ in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sum⁹ in aduentu dñi nõ ꝑueniemus eos qui dormierũt. Quoniã ipse dñs in iussu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei descendet de celo: ⁊ mortui qui in christo sunt resurgẽt primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã xp̃o in aera: ⁊ sic semper cũ dño erimus. Itaq̃ cõsolamini inuicẽ in verbis istis.

Sequit̃ alia epl̃a in anniuersario defunctoꝝ. ij. Mach. xij.

In diebus illis: Uir fortissim⁹ iudas facta collatione duodecim milia drag-

In diebus illis. Uir fortissim⁹ iudas. ⁊c. Ante initium illius epistole legit̃ de maximis ꝑlijs et triumphis que iudas machabeus cum fratrib⁹ suis dei adiutorio obtinuit. Primo quandã ciuitatem firmam muris nomĩe caspyn: in qua habitabant turbe promiscuarũ gentiũ que cõfidebant in stabilitate murorũ et remissus agebant maledictis lacescẽtes Judã ac bsas[illegible]mãtes ⁊ loquẽtes que fas non est dice

re. Machabeus aũt inuocato diuino auxilio innumerabiles interfecit vt stagnũ circũiacens sanguine flueret. Item post hoc iudas machabeus cum sex milibus fuit cõtra Timotheum qui habuit. cxx. milia peditũ et equitũ duo milia quingẽtos. Et iudas cum sex milibus pstrauit triginta milia virorũ. Itẽ post hoc mouit Iudas machabeꝰ exercitum contra Gorgiam prepositũ Idumee cũ tribus milibus peditum ⁊ equitibus quadringentis quibus congressis pauci ruere iudeorũ. Post hoc venerant sepelire interfectos de iudeis: ⁊ inuenerũt sub tunicis interfectorũ de donariis idolorũ. Lyra. i. rebus p̃ciosis cultui idolorũ dedicatis a q̃ bus lex ꝓhibet. Deut. vij. Omnibꝰ ergo manifestũ est ob hãc causam eos corruisse. Omnes itaq̃ benedixerũt iustum iudiciũ domini q̃ occulta fecerat mãifesta. Tunc post hoc sequitur presens lectio. ¶ In diebus illis Vir fortissimus iudas facta collatiõe: duodecim dragmas argẽti misit hierosolymam offerri ea ibi pro peccatis mortuorũ) Lyr. sez sic interfectorũ in bello (iuste et religiose de resurrectione) sez futura (cogitans. Nisi eim eos qui ceciderãt resurrecturos speraret superfluũ viderek et vanũ orare ꝓ mortuis Et quia cõsiderabat q̃ hi qui cum pietate dormitionẽ acceperant: optimã haberẽt repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluanẽ) Sed forte videtur alicui q̃ factũ hoc fuit frustra: eo q̃ isti sic interfecti videntur mortui in peccato mortali habentes secum donaria. Respõdet Nicolaus de lyra q̃ iudas machabeꝰ ⁊ sociꝰ eius debebant probabiliter iudicare q̃ illi interfecti penituissent in morte: ⁊ sic orationes et oblationes valebunt eis eo q̃ mortui erant in statu salutis.

mas argenti misit hierosolymam offerre ea ibi pro peccatis mortuorum: iuste ⁊ religiose de resurrectione cogitãs. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret superfluũ viderek ⁊ vanam orare pro mortuis. Et q̃ considerabat q̃ hi qui cũ pietate dormitionẽ acceperant: optimã haberẽt repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare: vt a peccatis soluanẽ.

Postilla Guillermi sup epistolas et euãgelia de tẽpore ⁊ de sanctis: per totius anni circulũ finit.

Universitäts München Bibliothek

638.12

Incun.
558